



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



Это цифровая копия книги, хранящейся для иотомков на библиотечных полках, ирежде чем ее отсканировали сотрудники комиании Google в рамках ироекта, цель которого - сделать книги со всего мира доступными через Интернет.

Прошло достаточно много времени для того, чтобы срок действия авторских ирав на эту книгу истек, и она иерешла в свободный достуи. Книга иереходит в свободный достуи, если на нее не были иоданы авторские ирава или срок действия авторских ирав истек. Переход книги в свободный достуи в разных странах осуществляется ио-разному. Книги, иерешедшие в свободный достуи, это наш ключ к ирошлому, к богатствам истории и культуры, а также к знаниям, которые часто трудно найти.

В этом файле сохранятся все иометки, иримечания и другие засиси, существующие в оригинальном издании, как наиминание о том долгом иути, который книга ирошла от издателя до библиотеки и в конечном итоге до Вас.

Правила использования

Комиания Google гордится тем, что сотрудничает с библиотеками, чтобы иеревести книги, иерешедшие в свободный достуи, в цифровой формат и сделать их широкодоступными. Книги, иерешедшие в свободный достуи, иринадлежат обществу, а мы лишь хранители этого достояния. Тем не менее, эти книги достаточно дорого стоят, иоэтому, чтобы и в дальнейшем иредоставлять этот ресурс, мы иредиринали некоторые действия, иредотвращающие коммерческое исиользование книг, в том числе установив технические ограничения на автоматические заирсы.

Мы также иросим Вас о следующем.

- Не исиользуйте файлы в коммерческих целях.

Мы разработали иrogramму Поиск книг Google для всех иользователей, иоэтому исиользуйте эти файлы только в личных, некоммерческих целях.

- Не отиравляйте автоматические заирсы.

Не отиравляйте в систему Google автоматические заирсы любого вида. Если Вы занимаетесь изучением систем машинного иеревода, оптического распознавания символов или других областей, где достуи к большому количеству текста может оказаться иолезным, свяжитесь с нами. Для этих целей мы рекомендуем исиользовать материалы, иерешедшие в свободный достуи.

- Не удаляйте атрибуты Google.

В каждом файле есть "водяной знак" Google. Он иозволяет иользователям узнать об этом ироекте и иомогает им найти доилнительные материалы ири иомощи иrogramмы Поиск книг Google. Не удаляйте его.

- Делайте это законно.

Независимо от того, что Вы исиользуйте, не забудьте ироверить законность своих действий, за которые Вы несете иолную ответственность. Не думайте, что если книга иерешла в свободный достуи в США, то ее на этом основании могут исиользовать читатели из других стран. Условия для иерехода книги в свободный достуи в разных странах различны, иоэтому нет единых иравил, иозволяющих определить, можно ли в определенном случае исиользовать определенную книгу. Не думайте, что если книга иоявилась в Поиске книг Google, то ее можно исиользовать как угодно и где угодно. Наказание за нарушение авторских ирав может быть очень серьезным.

О программе Поиск книг Google

Миссия Google состоит в том, чтобы организовать мировую информацию и сделать ее всесторонне доступной и иолезной. Программа Поиск книг Google иомогает иользователям найти книги со всего мира, а авторам и издателям - новых читателей. Полнотекстовый иоиск и этой книге можно выполнить на странице <http://books.google.com/>

287.

AVVOCATO
BUBANI
FRANCESCO

Hist p. 33

H.
Arrives

804068

47935

A R R I A N I
N I C O M E D E N S I S,
NOVI XENOPHON-
TIS, APP E L-
L A T I.

De rebus gestis Alexadri Magni regis
Macedonum libri octo, summa dili-
gentia ad Græcum exemplar emen-
dati, & innumeris quibus antea sca-
tebant mendis repurgati.

B A R T H O L O M A E O F A C I O
niro doctissimo Interprete.



A P V D S E B . G R Y-
PHI V M L V G D .
M . D . L I I .



B A R T H O L O M A E I
FACII IN LIBROS ARRIA-
ni rerum gestarum Alexandri
regis, ad Alphonsum re-
gem Aragonum,

P R A E F A T I O .

MVLTI, Alphonse rex glo-
riosissime, Alexandri regis
Macedonis rerum scriptores
fuere. neq; enim de quoquam
rege plures unquam ferè scri-
psere: tam & omnibus seculis admirationi fuit
illius regis sine fortuna, sine virtus, sine gloria.
Sed mirum est, quantū hi omnes inter se discre-
pare uideantur. namq; alij uulgi rumores secu-
ti, non tam qua Alexāder gesserit, quam que
de illo peruulgata essent, memorie prodidere.
alij domesticā laudis studio adducti, in extoll-
lendis rebus eius modum excessisse existimati
sunt. nonnulli glorie cupiditate adducti, qua
 tanto rege digna putauerunt, literis mandau-
re, lenocinys quibusdam figurorum delecta-
ti. quidam tanti nominis splendore offensi, eius-
dem res carpere atq; eleuare studuerunt. Ar-
rianus autem noſter, unus omnium dili-
gentissimè ac uerissimè hanc Historiam Gre-
cè putatur scripsisse: uel eo maximè, quod
Ptolemaeum & Aristobulium, granissi-

a 2 mos

mos ac summos uiros, qui omnibus Alexandri rebus gestis non solum interfuerere, sed etiam cum dignitate praefuere, secutus est. Ad hac oratione ipsa pressus ac perpolitus, maximeque circa rerum narrandariorum ordinem intentus, *Historicum* sc̄e quam oratorem uideri mauit. Quanquam in orationibus nec uim dicēdi, nec copiam sibi defuisse demonstrat. Itaq; cum ad manus meas peruenisset Arriani ipsius traductio quedam non satis Latina; neque Alexander nomine gloriaque digna, nouae compositionis labore assumere libuit. Nec uero est quod Petrum Paulum Vergerium, eius traductionis autorem uisuperem: quem unum ex doctis eloquentibus uiris et atis nostræ fuisse, satis scionam pro sua eloquentia (ut puto) si uoluisset, ornatè et commode hanc *Historiam*, quemadmodum cetera que Latine composuit, interpretari ac tractare potuisset. Ceterum ut à Sigismundo Imperatore Romano, qui parum doctus erat, sine cuiuspiam adiumento posset intelligi (sic enim ab eo scriptum reperi) hanc *Historiam* ita incultè de industria traduxit. Sed ut ille Sigismundi uoluntati, qui exiguum grammatice, nullam eloquentie cognitionem haberet, gerere morem studuit: sic ego tentare uolui, an hic noster labor Alfonso regi omni doctrina prædicto, probari posset: atque ut illa prior editio Germanis incultioribus relinqueretur.

retur, hac nostrariū politiorum esset. Inua-
bit me quidem, duorum maximorum & opu-
lentissimorum etatis sue regum, omnisq; me-
moria facile principū, alterius facta celebras-
se, alterius res Gracē scriptas Latinas effecis-
se: cum prius, quantum ad Arrianum atti-
net, & non satis Latinae essent. At cum cate-
rorum Regum ac Principum uirorum facta
noscitanda sint aut regibus, aut rempub. guber-
nantibus: imprimis tamen Alexandi nostri
facta contenderim. Qui tam florenti etate, tam
breui temporis curriculo, tam parua militum
manu, quicquid terrarum ab Hellestanto ad
Oceanum Indicum pertinet, imperio suo subie-
cit: qui tot prælijs ne semel quidem fortunam
aduersam expertus est: qui deniq; clementia, li-
beralitate, magnificentia non minus quam ar-
mis notus est, atque illustris. Cuius rei gratia
hoc opus aliquanto libenter aggressus sum: in
quo si tibi Alphonse, & ceteris doctis homi-
nibus satisfecero, hoc tibi Alexander me-
ritò debet, quod Arrianus suus (qui
prius tantummodo Gracis erat)

nunc etiam tuo hortatu

Latinus fa-

Etus est.

I A C O B V S C V R V L V S G R -
nuensis Arnaldo Fenoledae equi-
ti Hispana v. C. L. atq;
ornatiss.

S. P. D.

BARTHOLOMAEVS Fa-
cius, comterraneus meus, et fami-
liaris tuus, ut nostis, his temporibus
nostris claruit apud Diuina. Al-
phonsum regem nostrum: cuius Historiam, et
complura insuper opera elegansissime scripsit,
non sine magna et Regis et autoris ipsius
laude, grauia et dignitate. Delectabatur enim
rex inclitus, et quidem uehementer, literis, ui-
ris literatis, ac libris: quos et magno in hono-
re habuit, et amplissimis praemis ac muneri-
bus undiq; ad se accersbat. Inter quos uidi-
mus Senenam Senensem presulem, qui postea
Pius summus Pontifex effectus est. Is cu apud
Regem legationis munere fungeretur, uidelicet q;
regem tantopere libris affectum, in Germania
rediens, misit ad eum traductionem quandam
Arriani Graci rerum gestarion Alexandri
scriptoris uerissimi, quam Paulus Vergerius
uir doctissimus, et alioqui eloquentissimus, in
Latinum uerterat, sed Barbarè: quo Sigismun-
dus Germanorum Imperator, apud quem illa
tempestate diuersabarum, posset Historiam
intell.

intelligere, qui à dicendi suauitate & elegan-
tia penitus abhorret. Is liber cum ad Regem
nostrum fuisse perlatus, omnes qui literas pro-
ficebamur, magno cum desiderio illum legere
incepimus. Verum orationis concinnitas plures
à legendō deterrebat. At rex sapientissimus
cognito libri uito, continuo Facium uoluit pro
eius dicendi facilitate & ornatu negotium su-
mere, ex Barbaro Latinum faciendi: quod
iussu regio & suasu modò præstare, haudqua-
quam recusauit. Mihi etenim indignum uide-
batur, adeò singularem, adeò præstantem &
ueram Historiam, adeò negligenter deperire.
Alle autem tanto studio suscepimus negotium
amplexus est, ut in eo annis circiter tribus
dies & noctes incubuerit, summaq; diligen-
tia elaborarit. Affui ego una sepius, cum
Nicolaian Sagondinum, & Theodorian Thef-
salonicensem, uiros summos, & Gracarum
Latinarumq; literariorum crudelissimos conueni-
ret, & ab illis multarum rerum qua Latinis
obscuriora uidebantur explanationem ex-
quireret, qua Vergerius absurdè transstu-
lisset: hiq; Arrianum multis laudibus effer-
rent. Itaque Historiam ipsam Latinam,
& suauissimam reddidit Facius nob̄ter. cuius
tamen cum quartam uix partem pressisset, reli-
quis tribus nondum satis elmatis, morte pre-
uentus, opus multis literis abolitum, & uul-

neribus penè confossum reliquit. Quod uiuens Alphonsus rex, haud multo antequām ex ipse mortem obiret, recuperauit, ut aliquando tandem qualicunq; modo restituueretur. Nunc autem rege uit a functo, cū essem(ut scis) Facio perfamiliaris scripta q; sua ut profecto magni facienda sunt, magnificacerem et admirarer: non sum passus hanc rāntā Historiam, simulq; hominis amicissimi ingentes labores et uigilias deperire. Itaq; cum tibi hanc à rege relietam hæreditatem uiderem, ut libros uehementer et literas adamares: librum penè extinctum in tua gratiam restituere curaui, et ut potui emendatum exscripsi, ut Historiam notione dignissimam cognoscere possis. Ceterum id mihi fuerit premium mei laboris uel maximum, quod uiri optimi et amicissimi mei labores non sīnā debito in hac re sue gloriae fructu fraudari: et tua in me benevolentia ac liberalitati, cui omnia me debere profiteor, aliqua ex parte satisfecero. Vale.

ALEXANDER GABVAR-
dus Turcellanus Thomae Plouatatio
patricio Constantinopolitano
iurisconsulto, S. P. D.

MVLTV debebunt bonarum literariorum
indagatores Sigismundo Golpho Per-
golano, uiro doctrina multiplici, totiusq; anti-
quitatis curioso, Thoma iurisconsultoriam con-
sultif

fultissime : qui extinctam penè de *Alexandri Magni* rebus gestis *Arrianus* Historiam resurgere, & in lucem prodire enixissimè curauit : *Arrianum* inquā, imprimis Philosophum & Historicum. Qui licet genus suum profiteri non oportere, in Primo huius operis uolumine existimauerit: ipsum tamen *Eusebius* in Annalibus, & *Suidas* (quos ego maximos autores habeo) Nicomedensem fuisse scribunt. Hic *Alexandri Magni Macedonum regis Historiam* hanc libris septem Græcè complexus est, & ita artificiose res eius gestas perscripsit; ne merito inter præstantissimos & receptissimos autores annumerari possit. Octauianum his adiecit, in quo res Indicas perractat : & fatetur ipse in Quinto & Sexto huius uoluminis, res Indicas narraturum. quos quidem industria & labore *Bartholomei Facij Latinos*, ut nides, habemus: quanquam *Thadeus ille Vgoleus Parmensis*, uir in utraq; pagina doctissimus, me suis lucris admonuit, legisse se a' icubi *Arrianii interpretationem à Nicolao Saguenino* factitatem fuisse , Scripsit etiam idem *Arrianus de rebus Bithynicis*, teste *Stephano* in tertio decimo elemento : item de *Epicteto Philosopho*, dcq; eius dissertationibus , tribus uoluminibus opus condidit, ita ut *Xenophon cognominatus fuerit*. Floruit in patria sua, in qua (ut ipse in primo huius operis attestatur)

d 5 honores

honores magistratus adeptus est. Per edem tempora etiam in urbe emicuit, quibus Hadrianus & M. Amoninus Cæsares imperarunt: ut idem Eusebius memoriae prodidit. At quibus, ut autor est, Heliconius, ob literas honoribus usque consularibus uectus est. Legi etiam, Arrianum insignem fuisse iurisconsultum. quem Paulus Patavinus citat in lege Arrianus, Digestis de actio. & obligatio. & Ulpianus Tyrius in Lege prima §. qui autem. ff. Quorum legatorum ubi affirmat ipsum bellissime scripsisse: nam plures libros scripsit in iure ciuili, & præcipue de re militari. Ipsius etiam extant leges in Pandectis Justiniani Imperalex uidelicet, Qui libertatem . de liberali causa. & lex, Qui cum uno . & lex, Non omnes. & lex, Omne delictum . de re militari. Quare hunc eundem Arrianum fuisse, qui eisdem temporibus floruit (nam in dicta lege, Omne delictum . §. quis vulnerauerit . aduocat Imperatorem Hadrianum.) qui Philosophus & Historicus & iureconsultus fuerit, quiuis medincriter sapiens affirmabit. Indicent tamen doctiores, & tu uir Jur. Consul. doctissime, qui uitam Arriani & aliorum iureconsultorum legaliter & Historice complexus es, in opere tuo de præstantia doctorian, qui à Phoroneo Inachi Argiviana

rata

rum rege ad hæc usque tempora nostra deflu-
 xerunt, in nono uidelicet libro, ubi de claris
 Iureconsul. quod merito Ioanni Sfortie Illus-
 trissi. ex Clementissimo Pisauri domino dedi-
 casti. Non enim quod mihi uidetur, ceteris
 omnibus probandum erit: neque me tamen
 paenitebit eorum esse sententie, qui eundem
 fuisse arbitrantur. Fuit ex alter Arrianus
 poëta, Tyberij Imperatoribus: cuius car-
 minibus ipsum Tyberium delectatum fuisse
 Tranquillus scribit. eius autem opera Su-
 das commemorat: metaphrasim Georgico-
 rum Vergili, Alexandrida, poëma uidelicet
 de eiusdem Alexandi Magni gestis, libris
 x x i i i . alia quoque in Attalum Perga-
 mensem poëmat. Fuit ex tertius Arrianus
 qui Maximini ex Gordianorum uitam me-
 moria tradidit, ut innuit Julius Capitonius
 his uerbis: Gordiani, inquit, non (ut quidam
 imperiti loquuntur) duo, sed tres fuerunt:
 idq; Arriano scriptore Graecæ Historie
 docente. temporum ergo ratio sine contro-
 versia exigit, ut omnino hunc alium cre-
 dam, posteriorem duobus nominatis: quum
 primus, qui de Alexandro scripsit, Nico-
 medensis fuerit, temporibusq; Hadriani ex
 M. Antonini (teste etiam Raphaële Volta-
 terrano, qui multicius est, lib. x i i . Com-
 ent. Urbanoru) floruerit. Leges igitur

Arrian

Arrianum nostrum, legiam interpres acutissime, sepositis paulum sacratissimis legibus: cuius uitam tibi dedicauit, cum quia Arrianum iureconsultum ex historican tu quoq; iurisconsultus ex historicus libenter amplexurus videbas: tuon quia fortasse in aliquibus manum tibi præbere poterit in historia, quam iam Pisauri condidisti: in quam poteris limatissimo tuo iudicio (quod plerisq; pro Zapide Lydio esse debet) indicare, Arrianum philosophum, historicum, ex iureconsultum eundem esse. Tu igitur quamprimum ad metas tui operis percurre, illudq; quamprimum chalcographis imprimendum tradas. nam ingens quidem adlatus es studiosis emolumentum, tibi uero perpetua gloriam. Vale, Cæsarei pontificijq; iuris lumen spendidissimum: et Alexandrum semper tuum dilige, qui te ob tuas amplissimas virtutes amat, colilit, ex obseruat. Pisauri,

M D V I I I. Eid.

Iuny.

13

ARRIANI NI-

COMEDENSIS IN HI-

STORIA M. RERUM gestarum Alexandri regis Mace- donum.

P R A E F A T I O .

Bartholomæo facio interprete.



X. OM NDI B V S rerum
Alexandri scriptoribus,
quacūq; Ptolemaeus Zagi,
et Aristobulus Aristo-
buli de ipso rege cōsentien-
tes memoria prodiderūt, ea
dem ipse tanquam uerissima literis mandauit:
in quibus uero eos discrepare animaduerti, ex
his qui probabiliora ac narratu digniora exi-
stimabam, delegi. Ceterum de Alexander alijs
alia scripsere. Nec uero quisquam est, de quo
aut plures, aut inter se dissidentes magis. Ve-
rum hi duo tamē in ipsis rebus narrandis, mihi
ceteris probabiliores uisi sunt: Aristobulus
quidē, quod regiae expeditionis socius fuit: Pro-
lemaeus autem, quia praterquam quod ex ipse
regem eo bello fecutus est, regiam dignitatem
tenuit. cuius rei gratia longè turpius illi futu-
rum fuerat, si à ueritate discessisset. uterq; uero,
quoniam

quoniam moreuo iam Alexandro ea scripsे-
runt: ubi quidem neq; necessitudine, neq; merce-
de idla adducti uidentur, ut hæc aliter atque
contigerunt literis mandarent. Quædam præ-
terea ex ab alijs scripta, quæ ipse narrauit
digna iudicauit, tanquam non penitus improba-
bilia, ex quod de Alexandro erant prodita,
adieci. Si quis uero fortasse miretur, cur post
tam multos rerum Alexandri scriptores, ego
quoque scribere easdem aggressus sim: is de-
nuo perfectis omnibus, postquam hæc nostra
legerit, nullam sibi admirationis causam fuisse.
intelliget.

PHILIPPUM scrunt mortem obiisse regnante
Athenis Pythodemo, Alexandrum au-
tem eius filium simulac regnare cœpit, in Peloponnesum profectionem, uiginti ferè annos natum,
habitu ibi Peloponnesiū concilio, uti impe-
rator aduersus Persus crearetur (quòd prius
Philippo patri concession) petiisse. id ab omni-
bus impetratum, præterquam à Lacedemoniis.
ab quibus responsū, non confusse Lacedemo-
nios externis imperatoribus fœse subiçere, sed
externis ipsos exercitibus præesse, atq; impera-
re. Athenienscs quoq; nouandis rebus ab ini-
tio studuere: ceterum primis ciuis conatibus ter-
riti, ampliora etiam quam Philippo patri pol-
liciti furant, præstitere. Deinde Macedoniam
reversus, uti in Asiaticum bellum apparatus
mol-

moliretur: uere primo statuit, priusquam in
Asiam traiiceret, per Thraces iter faciens,
Trivallos atq; Illyrios petere. quos nouis rebus
studere acceperat. nam quod regno eius finitima
eram, minime negligendos censebat, praesertim
cum in eam longinquas à domo regiones cum
exercitu profecturus esset. Ex Amphipoli cum
copys profectus, in Thraces, quos Graeci Au-
tonomos vocant, nullius imperio, nullius legibus
obnoxios (à sinistra Philippopolis & Orbelus
mons erat) nono flumine traecto, decem die-
rum itinere ad nemum montem peruenit. ibi
circa aditus angustias negotiatorum ingentem
manum collectam, eum & Thracum eorum quos
suprà nominauimus, obniam habuit. Insed crat
montis uerticem, inde ne longius moueret exer-
cition, quâ patebat transitus, obstituti: curri-
busq; oppositis pro uallo utebantur, pugnaturi
inde, si ab hostibus urgerentur. Simul q̄s in ani-
mo erat, admittente in aduersum montem hoste,
quâ maximè praeruptus pracepsq; erat, currus
ipsos ingenti impetu in phalangem precipita-
re. Consilium praeterea coepit, quo confertio-
rem Macedonum phalangem currus interuo-
larent, hoc violentiore impetu ruerentes, totam
dissipatueros aciem. Alexander uero id age-
bat, ut quam minimo suorum periculo deiectis
hostibus montem caperet. Postquam ergo ani-
matus

maduerit, periculum subiri omnino oportere
 (neque enim aliud ostendebatur iter) milites
 monet, ubi currus precipitari in se ab hoste ui-
 derint, quibus ea potestas sit; confessim ordines
 laxent: sic curruam discrimen declinari posse.
 quibus uero proprie angustias ea facultas non
 sit, scutis superinieclis corpora humi sternant.
 Nec uero aliis, atq; ipse Alexander ratus est,
 rei euentus fuit, nam cum alijs ordines laxassent,
 alijs scutis corpora operuissent innoxij currus
 iugis decurrere. Tum Macedones curruum ter-
 rore ac periculo uitato, alacriores facti, ingen-
 ti clamore in Thraces feruntur. ad hac Ale-
 xander sagittarios a dextro cornu, qui qua fa-
 cilior ascensus uidebatur, ante primam aciem
 prouolent, Thracesq; occurrentes petant, re-
 pente immittit. ipse in laeum cornu scutatos, et
 Aprianos lectissimos phalangis ducit. Sagit-
 tarij in hostes pede presso, per ardua obnixi,
 procul obuios repellunt. tum superinducta
 Macedonum phalanx, Barbaros propè iner-
 mes loco mouit. Mox ubi Alexander a fini-
 stro cornu inuenitus est, abiectis armis protinus
 in fugam uertuntur. Mille ex quingenti in
 pugna cesi, pauci uisi in potestatem Alexan-
 druenero. Fugientibus pedum pernicietas, ex
 locorum notitia saluti fuit. Foeminarum turba
 omnis, cum pueris ac sarcinis, capta: prada
 omnia.

omnis in maritimas urbes, Lysanie ac Philo-
ra negotio dato, missa. ipse protinus superato
iugo, per Aemum montem in Triballos, ad
flumē Zygium (quod tridui itinere per Aemū
iter facientibus ab Istro abest) profectus. Syr-
mus Triballorum rex erat. is cognita Alexā-
dri profectione, uxores ac pueros, & ceteram
imbellem multitudinem popularium suorum,
ad Danubium in insulam Peucam confestim
misit: quō & Thraces Triballis finitimi iam
antē se receperant. Nec multo post & ipse Syr-
mus eodem fugit. at iam Triballorum mul-
tudo omnis ad alteram insulam se contulerat,
eo in loco, ex quo pridie Alexander moue-
rat, sitam. Quo audito Alexander, confe-
stim Triballos repetit: nec mora pugnandi ab
hoste facta, in syluam fluminī proximam in-
aciem exitum. quod ubi Alexander ani-
maduerit, phalangem densius instruit: dein
sagittarios ac funditores premitit, qui hostes
ex sylvis in aperta prouocent. Triballi post-
quam intra teli iactum uentum est, cum eminus
sagittis petcentur, continuo sagittarios inua-
dunt: uti sagitarum facultate adempta (nihil
enim praeter arcus ferebant) cominus rem ge-
rant. Quos ubi Alexander extra syluam
illeatos uidit, Philatam cum equitatu (quem ex
Macedonia aduixerat) in dextrum hostium
cornu, quam maxime excurrendo processerant:

Heraclidem & Sopolion cum equitatu Bo-
triano, & Amphipolitano, à sinistro cornu
inueni iubet: ipse immisso equitatu, per medias
hostium acies phalangem agit. Quandiu ta-
culando eminus pugnatum est, Triballi haud
inferiores erant. at postquam & conferta Ma-
cedonum phalanx in eos acrius imperium fecit,
& equites non iaculis modò, sed ipsis propè
equis inueniti hostes undiq; urgere cœperunt:
in fugam coniecti, trepidi per sylvam flumen
repetunt. ad tria milia casæ, pauci sylva no-
tisq; beneficio uini capti. ex Macedonibus,
Ptolemeus autor est, equites non plus undecim,
pedites circiter quadraginta cecidisse. Secun-
dum hanc pugnam triduo Alexäder ad Da-
nubium fluuium profectus est, omnium quidem
longe maximum, eorum qui in Europa sunt.
longissimo tractu per terras excurrit, gentes
bellicosus praterlabitur, & eas magna ex par-
te Germanas: ex quibus ipsius annis fontes
oriuntur. Earum gentium postremi sunt Qua-
des, ac Marcomanni: deinde Iazyges, Sarma-
tariorum gens: post hos Getae. deinde Sarmata-
rum magna pars, postremo Scythæ, iijq; ad ex-
itum fluminis pertinent: unde per quinque
ossia in Euxinum pontum effluit. Hic Ale-
xander naues longas, qui è Byzantio per Eu-
xinum pontum aduenerat, aduerso flumine
subiectas reperiit: in quis sagittariorum manu

& armis

ex armato milite imposito, ad insulam, in
 quam Triballi ac Thraces confugerant, con-
 tendit: conanti pedem inferre, summa ui Bar-
 bari obſiſtunt: quocunq; naues appellebantur,
 præsto aderant, locumq; iuebantur. quod erat
 ijs facilius, quoniam ex naues pauca erant, ex
 insula maxima pars prærupta ac præceps: ex
 fluminis cursus, utpote in angusto conclusus,
 concitator. Quapropter Alexander abductis
 inde nauibus, flumen traject: Getasq;, qui trans
 flumen incolebant, petit: quos in aduersa ri-
 pa, prohibendi animo, si transire conaretur,
 armatos uidebat: erant ad quatuor milia equi-
 tum, peditum ſuprà decem milia. Simul illum
 auditas coepera (ut eft ingenium hominum)
 etiam que effent trans Danubion inuicere.
 Conſensis igitur nauibus, tentoria militum
 (erant enim ex pellibus) leui materia replete
 ad hac, quotquot haberi poterant lentes
 (h.e ſunt naiculae ex cauata trabe, ea in re-
 gione inuenta: magna autem harum erat co-
 pia, tum ad pifcatorum, tum ad uicinorum,
 tum etiam ad latrociniorum uſum) aduehi
 imperat. quibus connectis, equites mille
 quingentos, pedites circiter quatuor milia, no-
 ëtu flumen traducit: quæ maxime ſegetes in
 hōſtili agro animaduertit. ob eamq; rem ripe
 appropinquans, minus ab hōſte conspectus eft.
Prima luce pedites per ſegetem ire inclinatis
 b 2 hastis

hastis imperat, ne ab hoste uidcantur, donec
 ad incolta peruentum sit: equitatus interim
 dum phalanx pergit per aperta, sequebatur.
 Vbi extra culta peruentum, Alexander pro-
 tinus in dextrum cornu aduolans, Nicanorem
 iubet quadrato agmine phalangem inducere.
 qua specie territi Getes; ne primum quidem im-
 petum hostium tulere. Res prorsus ingentis au-
 dacie ijs uisa, Alexandrum tam facile una
 modo nocte Danubium, omnium Europae flu-
 minum amplissimum atque aliissimum, multo
 pone iniecto transisse. Terrorem augebat pha-
 langis series, ac ferox equitum impetus. ac pri-
 mo quidem effuso cursu urbem repetunt, qua-
 tuor abinde millia passuum flumini proxi-
 mam. Ceterum ubi conspicari sunt Alexan-
 drum equitatu immisso eò concedere, pedita-
 cum secus flumen agentem, ne ab hostibus cir-
 cumueniri ex insidijs posset: quoniam urbs
 ipsa mœnibus parum firma uidebatur, impos-
 suis in equos pucris ac foeminis, quos inde au-
 ferre potuerunt, in solitudines se recipiunt.
 Alexander urbem uacuam naclus capit, ac
 solo equat: prædam Meleagro ac Philippo
 agendam tradit. deinde in amnis ripa Ioui
 Seruatori atq; Herculi, ex ipsi amni (quia se
 haud difficultem in transitu exhibuisset) sacrum
 facit, eodcmq; die suos incolumes in castra re-
 ducit. Huc loci uenere ad Alexandrum le-
 gati.

gati, & à ceteris Danubij accolis, & à Syrmo
 Triballorum rege: item à Germanis, qui Io-
 nianum sinum incolunt (sunt quidem Germani us-
 grandi corpore, ita animo clato magnoq;) le-
 gationes aderant, ut amicitiam cum eo iunge-
 rent. quibus in fidem & amicitiam receptis, è
 Germanis quæsivit: Quid'nam esse in huma-
 nis rebus, quod pro ceteris extimescerent. ratus
 nominis sui magnitudinem ad illos, multoq;
 etiam interius pene irasse: idq; esse, quod præ o-
 mnibus sibi formidolosum faterentur. Illi uero,
 quod procul ab Alexandro agebant, quod lo-
 ca accessu difficillima incolebant, ipsumq; ad
 alia bella intentum uidabant, timere se illud
 ante omnia dixerunt, neu forte in se aliquan-
 do cœlum rueret. Nihil mouit Alexandrum
 superbiam legatorum responsum. itaq; nihil o-
 minus tamen in amicitiam & societatem re-
 ceptos, domum remisit: tantum elocutus, Ger-
 manos arrogantes esse. Inde in Agrianos &
 Paonas iter persequenti nunciatum est, Clitum
 Bardylei ab eo defecisse, Glauciamq; Taulan-
 torum regem suas eidem uires coniunxisse.
 Erant & qui nunciarent, fore uti Autariata
 ipsam in itinere inuaderent. quapropter inde
 celeriter mouendum censuit. Erat tum forte
 apud Alexandrum Lagarus Agrianorum
 rex, ei admodū familiaris: qui Philippo ad-
 huc uiuente legatos priuatim interdum ad eum

mitterebat. is ubi agnouit Alexandrum de
 Autariatis accepisse: non oportere, inquit,
 de Autariatis qui nam aut quales essent co-
 gitare. minus enim bello quam ceteras eius re-
 gionis gentes ualere. se, si permittat, priuatis
 eos opibus armisq; petiturum: ita domesticis
 de rebus sollicitos, ad sua defendenda domi man-
 suros. Cuius consilium cum Alexander pro-
 basset, in Autariatas profectus, eorum agros
 populationibus, omniq; belli clade uastat, quo
 metu perculti Autariatae, intra fines suos se se-
 continuere. Lagaro gratie ab Alexander
 acta, magnaq; insuper munera data: Cyna so-
 rore, ubi Pellam reuertisset, illi ulro in uxorem
 depromissa. ceterum nuptiis mors Lagari
 praeuenit. Post hac Alexander haud procul
 ab Erigone flumine iter faciens, Pelion con-
 tendit: quam urbem Clitus, quod esset totius
 regionis munitissima, occupauerat. Vbi eò
 uentum, castris ad Eordiacum annem positis,
 postridie moenia oppugnare instituit. Clitus
 montes circumiectos sylvis impeditos, & ma-
 xime opportunos infederat (necdū enim Glau-
 cius Taulantiorum rex aduenerat) uti inde in
 Macedonas decurreret, cum urbem oppugna-
 rent. Aspergiuque Alexander, hostes
 tribus primum pueris, ac totidem puellis, tri-
 busq; nigris arietibus immolatis, in Macedo-
 nus magna ui erupunt. Sed qui montes occu-
 pane

pauerant, statim initio pugnae præ metu disces-
sere: quibus infessis nefandi sacrificiū hostiæ ibi-
dem repertæ. Repulsis uaq; eo die intra mœnia
hostiis castrisq; positis, circuusidere oppidum
parabat. Sed cum Glaucias postridie oppida-
nis auxilio uenisset, nec speraret Alexander
cum ijs modo copijs quas traduxerat, oppido
se potiri posse, presertim cum in eo ualidum
præsidium inesse, multisq; præterea fortes viros
Glauciam adduxisse sciret: mutato consilio,
Philotam cum ualido equitum præsidio in ho-
stiles agros frumentatum mittit. Qua re cogni-
ta Glaucias aduersus Philotam profectus, mon-
tes circumiectos capet, quæ maxime Philotam
rediturum crederet. Quod ubi Alexandro
nunciatum est, confessim scutatis ac sagitta-
rijs ex Agrianis equitibus circiter quadri-
gentis auxilio aduolat: reliquo exercitu in ca-
stris relitto, ne oppidanis à tergo insequentes,
cum Glaucia iungerentur. Glaucias ut sensit
Alexandrum aduentare, quos senebat mon-
tes repente destituit. aq; ita Philotas cum suis
incolumis ad Alexandru se recepit. Existima-
re uidebantur Clivus ex Glaucias, se se in quo
loco deprehendisse. nam ex montes altos insede-
rant, ex iaculatorum funditorumq; ac mili-
tum non exiguum nsonerum habebant. ita-
que si discederet ab obsidione Alexander
cum omnibus copijs, suspicabantur fore, utè

b 4 oppid

oppidani abeuntium agmen à tergo adoriren-
tur. Ad hæc loca per quaæ Alexædro cundum
erat, angusta, ex tenaci limo impedita erant:
hinc flumine, inde monte, uiam adeò coartanti
bus, ut quatuor ad summum scutatis militibus
una iter esset. Alexander instructa acie, pha-
langeq; usq; ad c. x. in arctum, ut ratio loci
postulabat, coacta, in ueroque cornu ducentos
equites locat: silentiumq; imperat, ut i mandata
(ubi opus sit) celeriter excipiant. ad hæc hastas
primum arrectas. ferri, deinde cuspides in ad-
uersum dirigi, ex nunc dextrorsum, nunc fini-
strorsum, prout ratio exigeret, tendere. interim
persequens, phalangem, interdum cornua age-
bat. atq; ita uariato ordine, phalange demum
in cuneum redacta, hostes inuadit, tacita admis-
ratione desfixos: cum ea non minus speciose ac
decore, quam strenue agi intueretur. Postquam
ad eos propius uenit, protinus descritis colli-
bus, ne primum quidem Macedonum impetum
sustinuerunt. Tum Alexander undique cla-
mores tolli, iaculisq; scuta quasi imperat. quo
clamore hostes uehementius territi, effuso cursu
in urbem se recipiunt. Cumq; Alexander ani-
maduceret, à paucis quibusdam hostium col-
lem unum adhuc teneri, quæ illi transcendum
esser: ijs qui aderant precipit, uis assumptis con-
tinuo scutis, ex ipso flumine insensis equis col-
lem petant: ac si hostes resistant, pars relictis
equis

equis, pedestribus immixti rem gerant. Quod
 cum illi strenue fecissent, hostes confestim non
 expectata uis, collem deserunt. Eum collem cum
 amicorum cohortie Alexander capit: dein
 mittit, qui Agrianos ac sagittarios (qui erat
 ad duo milia) accersat. scutatos uero trajecte
 flumen imperat. postq; hos, Macedonum ordi-
 nes: mandatis adiecit, ubi transiisse, iunctis
 scutis (quo phalanx densior uideretur) proti-
 nus acies instruerent. ipse ueluti in specula qua-
 dam positus, eo ex colle hostium motus prospe-
 elabat. Hostes partem copiarum transisse flu-
 men conspicati, aduersus eos, qui cis amnem re-
 manserant, comedunt. in quos conuersus Alexan-
 der, eorum uam facile repressit. Tum pha-
 lanx, tamquam superato iam flumine, latos cla-
 mores edit. Coniectis in fugam hostibus, qui à
 tergo erant: Alexander cum Agrianis ac sa-
 gitariis ad flumen pergit, ipseq; omnium pri-
 mus uado transmittit. mox conspicatus hostes
 postremo agmina rursum imminere, machi-
 nas in aduersa ripa disponi iubet: quiq; iam
 transferant sagittarios, continuo in amnem re-
 ferre pedem, ac sagittis hostem incessere. quo-
 rum impetu suppresso, reliqui tuti traieccere. Tri-
 duo post Alexander cum audisset, Clitum ex
 Glauciam trans flumen iniquo loco castra-
 metatos, neque uallum neque fossam iecisse,
 custodias in castris negligi: ut pote ab iis, qui

b, s. ale

Alexandrum metu flumen transisse opinabantur: productam uero in longum, quod minime conducturum ipsis erat, aciem: rursus silentio noctis cum scutatis Agrianis ac sagittariis, item Perdicce ac Cycni copijs flumen traycit. Vbi opportunitas se se offerre uisa est, non expectatis qui nondum amnem transierant, sagittarios atque Agrianos repente in hostes immisit. qui magno impetu et clamore adorti, quia illos infirmiores esse animaduicerrunt, alios somno oppressos, alios inermes, alios in fuga interfecerunt: plerique etiam uini capui. nec prius desitum insequi fugientem hostem, quam ab ijs in montes Taulantiorum abiectis armis peruenient. Clitus ex ipsa fuga in urbem propinquam primum se recepit: deinde incensa, quod parum munita uideretur, post Glauciam in Taulantios abiit. Dum hec geruntur, Thebanorum fugitiui quidam, Thebas noctu clam ingressi, ac per amicos ad res nouandas sollicitati, Amyntam ac Timolaum Thebanae arcis (quam Cadmeam uocant) praefectos, nihil quicquam hostile suspicatos, extra arcem comprehensos crudeliter obruncant. deinde continuo aduocata concione, Thebanos sub specie recuperanda libertatis ab Alexantri imperio distrahere conati, ut se iam tandem gravi Macedonum dominatu in libertatem vindicente hortantur. Id fuit apud multum

titudinem persuasus facilius, quod Alexandrum apud Illyrios sua functione affirmabant. nam ex multorum fama istuc ipsum iam sermonibusq; percrebuerat. rem quoque non absconam uero faciebat, quod iandiu Alexander aberat, ac nullus ab eo interim nuncius Thebas uenerat. Quapropter uti in eiusmodi rebus euenire plerunque consuevit, ignari rerum, in eam maxime partem inclinauerunt, que sibi maxime cordi erat. Quia postquam Alexandro renunciata sunt, suorum cade ac ciuitatis defectione (ut par erat) motus, vindicanda censuit: presertim cum ex Atheniensium fidem suspectam haberent, ex Laocedemonios, aliosq; Peloponnesos quosdam iandiu a se auersos sciret. Ad hac Aetoli cum essent ingenio mobili atque infido, ne Thebanis societate se iungerent, uerebatur. Heordeam itaque ex Elymiorin, rupesq; Stymphe ac Paryae pretergressus, sepiuma postquam mouit die Pellam Thessalia urbem peruenit. inde continuato itinere, sextis castris Boeotiam ingressus est. Nec prius Thebani cognouere Alexandrum Boeotiae claustra pene trasse, quam Onchestian cum exercitu profectus est. Si tunc quoque defectionis autores, quoniam famam supprimere non poterant, uenisse ab Antipatro copias ex Macedonia meniebantur: ipsum uero Alexandrum obuisse confirmā

firmabant. his autem, qui Alexandrum aduenire annunciabant, indignabantur. Cumq; de Alexandri aduentu certiora indies perferrentur, Alexandrum alium, Aeropī nempe filium esse aiebant. Postridie Alexander motis ab Onchesto castris, Thebas profectus, ad Iolai lucum. castra posuit: quo Thebanis pœnitentia, & corrigendi erroris spatiis, mittendis rationē legatorum potestas foret. tantum uero absuit, ut Thebani errati ueniam deprecari sint, ut repente ex oppido profecti cum equitatu ac leuiter armatis, Alexandri castra aggressi sint, emisissq; iaculis aliquot Macedones interfecerint. Tum Alexander confessim ex leuiter armatis ac sagittariis, qui excursionem repremerent, in eos missū, iūq; non difficulter tamē ipsa iam castra invasissent, intra moenia repulsi sunt. Postero die cum omnibus copijs moenia obequitanſ iuxta portas, que Eleutherias atque Atticam ferunt, haud procul Cadmea, uti suis qui arcem tenebant opportune aderſet, locum castris capit. Eam arcem oppidani iacto duplii nallo circumſidebant: ne aut extrinſecus obſeſſi auxilia admitterent, aut ab iſdem ipſi quicquam detrimenti caperent, cum copiæ in hostem educenda eſſent. Alexander, cum magis rem componi, quam in diſcriumen Thebanos adduci cuperet, oppugnanda urbis conſilium trahebat. Oppidano-

rum

rum pars, quibus curae Reipub. salus, quibusq; melior mens erat, in castra eundum, ueniamq; errati postulandam à Rege censebant: contrà exules, quiq; defectionis autores fuere, præser-
 tim quidam ambitione capti, omni studio mul-
 titudinem à quietis consilijs abstrahebant.
 Nec tam ob tantam pertinaciam, Thebanam
 Alexander urbem oppugnabat, quām spe
 illorum animos tempore emolliri, & ad pœni-
 tentiam agi posse. Ceterum Perdiccas mutari
 consilium coegerit. is erat castrensis præsidij
 præfctus: qui (Ptolemaeo autore) cum ab
 hostili uallo non multum abcesset, iniussu regis
 uallum aggressus est, ac parte euulsa Theba-
 norum præsidium inuasit. Secutus illius auda-
 ciā, cum cohorte sibi tradita Amyntas An-
 dromeni: quā & ipse prædio præerat. Ale-
 xander pugnandi necessitatē sibi propositam
 intuitus, ne sui ab hostibus circumuenientur,
 mutato consilio, reliquias copias ex castris cō-
 dem inducit: sagittarijsq; & Agrianis in-
 tra uallū inferre pedem iussis, Argyraspides
 ac ceteras copias extra uallum continet. Per-
 diccas dum interius uallum rescindere cona-
 tur, graui uulnere accepto, refertur in ca-
 stra: cuius uulneris curatio difficilis fuit. qui
 cum eo uallum intrauerant, sagittariorum in-
 teruentu acriores facti in uiam que fertur ad
 Herculis templum, insequuntur. Hic Thebani
 rece

receptis paulisper à fuga animis, contempta
 paucitate, clamores tollunt, & pavorem ac tre-
 pidationem in hostes reiiciunt. Sagittarij circi
 ecr sepruaginta casi: in quib; Eurybotas Creten-
 sis, eorum dux. reliqui non prius fugiendi finem
 fecere, quam ad scutatos ac Macedonas extra
 maliū uenient. Alexander conspicatus The-
 banos præ studio insequendi hostis temere fer-
 ri, continuo phalangem inducit. atq; haud ma-
 gno negotio in oppidum precipites agit: eamq;
 formidinem fugientibus injicit, ut ijs claudenda
 porta potestas non esset. victores uictis immi-
 xti (nam ab ea parte ob extrinsecā præsidia
 murus defensione nudatus fuerat) in urbem se-
 se conieccrunt. Vbi ad Cadmean uentian,
 præsidarij milites subita erupione facta, cum
 Macedonibus iunguntur: ac multa cede eda-
 ta, ad Amphionis templum perueniunt. alij
 eosdem Thebanos fugientes, in forum pellunt.
 oppidanorum pauci ad Amphionis templum
 restiterunt. Sed mox & ipsi desperatis rebus,
 terga dedere. eques apertos extra urbem cam-
 pos, effuso cursu petiū: pedes, ut quisque potuit,
 saluti consuluit. Nec minus à Phocensibus, ac
 Plataensibus reliquisq; Boeotij, quibus infensa
 erant, saeculum in Thebanos, nec priuata recta,
 nec sacra aedes, nec deorum aræ, quo minus in
 muliere etiam ac pueros griffarentur cui-
 quam salvi fuere. Hac cum essent à finiti-
 mis

mis ad longinquiores perlatas, non ipsis modo
qui Thebanae defectionis participes fueram,
quod tam pollens potensque; oppidum concidis-
set: sed uniuersae Græcie ingentem metum ex
confarnationem intulit. namque Athenien-
sium clades apud siciliam accepta, ex si mul-
titudine intersectorum ciuium non minus ca-
lamitatis Athenis attulit: tamen quoniam
procul à domo accepta est, ex cœforum magna
pars erat ex socijs, tolerabilius uisa est. nec ue-
ro quod postea eadem ciuitas in eam neceſſita-
tem inciderit, ut sibi cum Lacedemonijs ac
socijs, tum etiam cum Philippo rege diu bel-
landum fuerit: tantum aut ipsis Athenien-
sibus malis, aut reliqua Gracia confarnationis
præbuit. Et illud quoque Atheniensium
uulnus nauali prælio apud amnum Aegim
acceptum, ob id modo calamitosum fuit, quod
murus urbis dñratus, naues hostibus tradicæ,
imperium tantummodo immutatum est: at re-
ſpub. maiorum disciplina, ex antiqua libertas
retenta est. nec ita multo post, ex pristine apes
ab ipsis recepta, ex recuperato maris imperio
inſtaurata moenia: ad haec Lacedemonijs, qui
per id tempus ipsis maxime formidabilis
erant, qui que ut Athenas eueterent pa-
rum abfuerant, summis periculis ab ipsis le-
uati. At Lacedemoniorum ad Zenetra ac
Mantineas clades, magis quia præser opinio-
nem

nem accidit ; quam quòd multi desiderati sint ,
terrificuit . Sed et Boeotiorum & Arcadum
Epaminonda duce secunda cum iisdem Laceda-
monijs pugna , nouitate magis insolita rei ,
quam periculi specie aut magnitudine , Lace-
demonios sociosq; perculit . Platæensium au-
tem cladem ; tum urbis paruitas , tum ciuium
interfectorum paucitas (nam maior pars A-
thenas confugerat) leuiores facit . Meli quo-
que , & Scione insularia oppida decicta , plus
sanè dedecoris victoribus , quam Græcia detri-
menti intulere . Ceterum præcips Thebanorum
consilium , ac eorundem celerem expugnatio-
nem , multamq; cædem : utpote ab ijs editam ,
qui veteres inimiciias persequabantur : tum
eiusdem urbis excidium ac seruitutem , que
opibus & belli gloria inter Græcia ciuitates
eminebat , hanc ab re ad deorum iram refere-
bant : tanquam de Thebanis (quanquam mul-
to post tempore) poenas exigentiam , quòd re-
liquam Græciam Medorum bello prodidis-
serint , quòd Platæas per inducas occupatas sô-
lo aquassent , quòd Lacedamoniorum dediti-
tios crudeliter ac præter Græcorum morem
interfecissent : eamq; urbem deleissent , ex qua
uniuersi Graci in acie stantes aduersus Me-
dos , à cetera Græcia iam depulissent : quodq;
Athenas (quo tempore Lacedamoniensibus
socijs , etiam de euertendis Athenis consulta-

EHEM

em) quanum in se fuerat, perdidissent. Multa uero ante urbis occasum diuinitus apud Thebanos ceciderant: que cum quidem neglecta (ut sit) postea memoria repetita, futura calamitas prodigia fuisse existimatam. Capti urbe, Alexander Gracis expeditionis socijs de Thebanis decernendi potestatem facit: infensis Cadmeam praesidio firmari, urbem solaequari placuit. Ad hac agros, nisi qui sacra essent, inter se diuidi: foeminas ac mares, quae pratio ac cedibus superfluisse, quicq; in potestate uenissent, prater eos qui religionem profueretur, quicq; Philippo aut Alexander priuatum aut Macedonibus hospitalitate iuncti essent, uenire: tum Orchomenum ac Plateas reflecti, tum ferro ac flammis cuncta ruere, oppidum uetus late, opibus, gloria celebre passim excindi. unis Pindari poeta tectis ac stirpi, in honorem Musarum, iussu Alexandri parsiam Graeci cognito Thebanorum excidio, Arcades presertim, quo Regi gratificarentur, cines suos qui Thebanis opem tulissent, quicq; socij consiliorum fuissent, neci dedendos censuerunt. Ely suos exules, quod amici Alexandro essent, in patriam restituere. Aciolorian singuli populi, seorsum legatos ad Alexandrum misere, ueniam falsi criminis petentes, quos audit a Thebanorum defectione rebus nouis studuisse municiacum erat. Athenienses quoque concer-

riu[m]ysteria que per eos dics referebantur in
 vermirunt, instrumenta iustica omnemq[ue] su-
 p[er]eollectidem in urbem ferri iubent, populo in
 concionem uocato suadente Demade, legatos
 decem ad Alexandrum mittendos censem,
 eos maxime quos Alexandro acceptos sci-
 rent. Hi Alexandro gratulari insi, quod ex
 Illyrijs & Triballis cum uictore exercitu in-
 columnis rediisset, quodq[ue] Thebanos rebelles ul-
 tus esset. Alexander quo ad catena humani-
 ter illis respondit: epistolam autem ad Athe-
 nienses scripsit, qua demosthenem, Lyceogum,
 Hyperidem, Polyeuctum, Charonem, Charide-
 um, Ephialtem, Diotimum, Merocon sibi
 dari postulabat. in hos culpm rci ad Charo-
 niam ab Atheniensibus infelicitate gestae re-
 ferebat: iisdem quicquid post id tempus sine ad-
 uersus se, sine aduersus Philippum ab ipsis
 Atheniensibus perpetratum esset, ac deum recentem Thebanorum defectionem criminis
 dabat. Athenienses ciuib[us], quos postula-
 bat, negatis: alios rursus legatos ad eum nite-
 sunt, ut ciuib[us] suis ignoscet, oratum. qua le-
 gatione motus, ueniam dedit: sine Atheni-
 rum reuarentia. sine propter studium traycien-
 di in Asiam exercitus: id moliens, ut omnem
 de se suspicionem Gracis deniceret. Vnum ex
 omnibus Charidenum, cui erat infensor, extor-
 lare insiit. Isq[ue]: profugus, in Asiam ad Da-
 riolum

rham regem profectus est. His rebus gestis, in
 Macedoniam reuersus, Ioui Olympico sacrum
 fecit, iam antea ab Archelao institutum, lu-
 dosq; Olympicos edidit. Ferunt etiam Musis
 ludos ab eo propositos. Per id tempus nuncia-
 tum est, Orphei Thracis simulacrum ad Pieri-
 dem sudare. quapropter uates consuli placuit.
 Cumq; alij aliter prodigium interpretarentur,
 Aristander Telnusseus uates, diuinandi scienc-
 tia ante omnes clarus, interrogatus quid'nam
 sudor ille portenderet: Bene, inquit, sperandum
 est esse, poetas ac musicos in canendis eius fa-
 ciliis multam operam olim posituros. Simul ad-
 uentante uere, cum exercitu ad Helleponsum
 ibuit: Macedoniamq; & Graciam Anti-
 paio commendat. Coegerat autem in Asia-
 ticam expeditionem paulo plus quam triginta
 millia peditum, & in his leuiter armatos ac
 sagittarios: equitum uero plus quinque mil-
 lia. agebatq; agmen non procul à lacu Cer-
 cinite, iuxta Amphiopolim ac Strymonis a-
 mnis ostium. Quo traecto, Pangaeum mon-
 tem transit, qua ad Abdaram ac Maro-
 niam maritimas urbes ier est. inde ad He-
 brum amnum profectus, eoq; facile perua-
 dato, per Paeticam regionem ad Melana
 flumen pergit, traducto'que exercitu, ui-
 gesimo die postquam è Macedonia mouerat,
 Seston peruenit. Inde in Eleuina profectus,

Protesilao sacrificat, aris sepulcro imposuit
 quod Protesilaus putabatur Gracoriam o-
 mniā primus, qui Agamemnonem Troiano-
 bello secuti essent, in Assiam pedem intulisse.
 precatus, ut sibi felicior, quam Protesilao fuisset,
 descensio in Assiam foret. Post hanc Parame-
 nioni traiiciendi equitatus ex gregarij militis
 ē sexto in Abydon negotio dato, nauibus lon-
 gis centum sexaginta, ex onerarijs aliquoe
 transuersi sunt. Alexandrum ex Eleunte in
 Achaeorum portum nauigasse, plures autores
 sunt: nauisq; prætorie gubernatorem fuisse. ubi
 in medius Helleponis angustius peruenit,
 Neptuno ac Nercidibus taurum immolasse,
 aureaq; phiala in mare profusa libasse. Fe-
 runt etiam, primum omnium terram in Assi-
 ans armatum descendisse: atque his locis, un-
 de mouit, quo ue appulit classem, Ioui descen-
 sori, ex item Palladi arque Herculis aras sta-
 tuisse. Ilion prosectorum, Palladi Troiana sacri-
 ficasse: ex in æde eius armis quibus utebatur
 fixis, arma Palladi sacra ex eodem templo
 sumpsisse, monumenta ad eam diem Troianè
 belli: que arma argyrapidas in expeditione
 ante Regem ferre solitos perhibent. Fama
 etiam tenuit, parentasse Alexandrum Pri-
 amo ad aram Iouis Hercij: quo illius manes
 in Neoptolemi gentem, unde maternum genus
 ducebat, placaret. Ilion petenti, Menocimus re-
 gic

giam clavis dux auream coronā imposuit. Idem
fecit Chares Atheniensis, ex Sigeo profectus:
Et alij quidam tam Graci, quam Assatici.
Fertur quoque Achillis sepulcrum coronas-
sc, et ob id felicem dixisse, quod Homorum re-
rum suarum praeconcm nactus esset. Fuit haud-
dubie Alexandro nō parum fortunator Achilles
ab eam rem existimandus. namque hac
una pars tanto regi ad cumulum fœlicitatis
videtur defuisse. neque enim eius res gesta au-
carmine, aut soluta oratione pro dignitate lice-
ris prodita sunt. Neque à musicis decantatur
Alexander, quemadmodū Hicro, Gelon, The-
ron, et alij pleriq; rebus gestis et gloria haud-
quaquam ei pares. Ita est factum, ut nobis me-
ius nota sint Alexandri res magna atq; præ-
clara, quam multorū ueterū infima exiguæq;
Nam illorū decem militum cum Cyro aduer-
sus Artaxerxem expeditio, et Clearchi ac so-
ciorum captiuitas, eorum deniq; decem milliū
Xenophōte duce in maritimam oram redditus,
haud dubie Xenophontis scriptis longe illūstrio-
res sunt facti, quam aut ipse Alexander, au-
res ab eo gestae. At quāvis neq; alieno ductu-
militauerit, neq; Persarum regem fugiens uice-
rit, qui obstante quo minus in maritimam re-
gionem descenderet: tamen aliis nemo mortali-
um est, siue Gracius, siue barbarus, uel multius
dñe rerum gestarū uel magnitudine conferen-

c 3 due.

dus. Quia primum causa adductus sum, ut eius
res licet à pluribus scriptas scirem, & ipse læ-
ris mandarem: haud indignum me arbitratus,
qui res ab eo gestas cōscriberem. At quis ipse
sum, qui ita de me sentiam, nomen profiteri non
oportere existim: neq; enim obscurum est: ne-
que item patria, neque genus meum, uti arbi-
tror: neque item quos honores in ciuitate mea
adopius sum. Illud dixisse satis fuerit, mihi pa-
triam, familiam, magistratus, literas ac be-
nas artes esse, & à puerō semper fuisse. Qua-
re non indignus fortasse sum, qui inter primos
Græcæ lingue autores enumerer: non secus
atque Alexander inter eos, qui in re militari
præstiterunt. Alexander itaque ex alio ad
Arisben mouit, quo in loco uniuersus exercei-
tus traecto Hellesponto castra fecerat: postri-
die Percoram, deinde Lampsacon. inde digres-
sus, nō longè à Proscælio flumine confedit: qui
ex Ideis montibus oriens: inter Helleponum
& Euxinum pontum in mare excurrit. Exin-
de Hermotum petit, Colonas urbem transgres-
sus. Præmissis uero ante agmen speculatori-
bus, Amynta duce, cui cohortem amicorum
ex Apollonia profectam (ei Socrates Satho-
nis filius præterat) & quamvis præterea tur-
mas antecursorum attribuerat: inde disce-
dens mittit cum Panagoro uno ex amicis, quæ
Priamum oppidum, cuius deditio nem oppidanis

pol

pollicebantur, recipient. Persarum autem duces erant, Arsames, Reomitra; Potanes, Nicophates, &c cum his Mithridates Lydie atque Ionia praefectus, &c item Arsaces. Phrygia praeses eius, que ad Hellespontum sita est, qui omnes ad Zeliam urbem cum equitatu Graecisq; mercenariis constituerant. Postquam auditum est Alexandrum Hellespontum transisse, consultantibus de summa rerum, Memnon Rhodius in consilium adduxitus, absente Dario, prælio abstinentem, nec cum Macedonibus dimicandum censebat: quod hostes superiores peditatu essent, quos Alexandri praesentia fortiores anterioresq; ficeret. quicquid herò heridum esset ad equorum usum, conculcandum equorum ungulis, spem segetum tollendam, ac ne ipsius quidem oppidis parcendum. neq; enim moram facturum in ijs locis Alexandrum, rerum necessariariorum inopia laboranteum. Ad ea Arsaces, se ne unam quidem populariū suorum domum incendi passarum, dixisse fertur. In quam sententiam à Persis itum est, suspicibus Memnonem honoris continuandi causa cuspere bellum extrahi. Interim Alexander ad Granicum annem proficisciatur: dupliques phalange instructa, equitatu in cornibus locato, sarcinas &c impedimenta sequi iubet. Speculatorum Egebachus dux erat, cian sarissatus equiibus, ac præter hoc leviter armatis propè

quingentis. Tamq; non mulierum à Græco
aberat, cum subito quādam ex speculatoribus
aduolantes nunciant, Persis acie instrūta
trans flumen castra habere. Quare cognita,
confestim ex ipse acies tanquam pugnacrus
instruit. Tiam Parmenio ad Regem conuer-
sus: Optimum, inquit, factu iudico, ad amnis
ripan è regione hostium quām proximè castra
locari. neque enim hostes in tanta castrorum
propinquitate permanuros arbitror, præser-
tim cum peditæ superiores simus: ob eamq;
causam sperare uidentur posse, uti crux prima
luce exercitus nullo obvio hoste traduci posse.
Cuius amnum transierimus, quām ab ijs acies
instrui, aut ordines explicari possint. Nunc
autem sine ingenii periculo tuoriam, quo nā
modo id fieri possum, haud satis video. neq; enim
ex aduerso flumen traiçere facile est, propter
crebros ac profundos uertices interiectos, ne uā
des: contraria præfertim ripa, alia atq; præ-
cipiti. Quod si incomposui angustiore acie in
aduersam ripam exierimus, quod genus acies
infirmissimum est, equitatus hostilis impetu
moreor ne phalanx non ferat. Atque hoc pri-
mo certamine si quid nobis aduersi contingat,
erit is quidem casus quo ad præseniem rerum
statum grauis, sed quo ad existimationem de
toto bello longe gravior. Ad hac Alexander:
Ista quidem, ô Parmenio, uera esse haud
inficiat.

inficias eo : ceterum puderet, si traieclo tam facile
 Helleponio, hic riuus (ita enim Granicum
 spernens appellabat) tenere nos debeat, quomodo
 nus recta in alteram ripam evadamus. Hoc
 ex à Macedoniam gloria, ex à mea in adeun-
 dis periculis consuetudine longè alienum scio.
 Ad hæc Persas sibi confisuros video, quasi for-
 situdine et re bellica Macedonibus pares sine,
 si nihil hoc rerum initio fecerimus eo terrore di-
 gnum, quem intulimus. Hac ubi dicta, copia
 in duas partes dividit ac Parmenionem simi-
 stri cornu ducem constituit : in dextro uero cor-
 nu, cui ipse praecrat, Philotam Parmenionis
 cum cohorte regia, cumq; sagittarijs, ex Agri-
 anis iaculatoribus : Amyntam quoque
 Arrabai cum sarissatis equitibus ac Peoni-
 bus, ex cohorte Socratis: item Arpyraspidas,
 quos Nicanor ducebat : tum Perdicce Oron-
 tis, ac Coeni Polemocratis, item Crateri Ale-
 xandri, ex Amynta Andromeni, ex quibus
 imperabat Philippus Amynta, phalanges
 locat. In sinistro cornu primum Calam Har-
 palicum Thessalis equitibus, tum Philippum
 Manali cum sociorum equitatu, deinde Ag-
 athonem cum Thracibus : post hos Crateri,
 Melcagri ac Philippi phalanges statuit. hoc
 cornu Parmenioni regendum dat. Erant in
 eastris hostium Persarum equitum circiter
 viginti millia, extenorum pedum' haud mul-

c 3 80 minne.

sò minus. Conante uero Alexandro amnem
 eratcere, hostes equitatu in aduersa ripa di-
 sposito, aciem in longum deducunt, pedites
 (nam proxima ripa eminentiora erant) po-
 nè statuunt. Postquam ergo Alexandrum
 sinistro suorum cornu appossum uident (erae
 enim insignis regio habitu: ex eorum feroci-
 tias, qui circà erant, notabiliorem faciebat)
 eam partem maiore equitatu. proinus fin-
 manit: aciebus (ut diximus) instructis, utrique
 in aduersa fluminis ripa summo silencio ali-
 quandiu quietere, utrosque consideratio subr-
 eundi discriminis defixos tenebat. Expecta-
 bant Persæ, uti Macedonias flumen ingressos
 in exiū invaderent. Alexander ubi uidet ho-
 stem sese in aduersa ripa continere, celeriter in-
 scensò equo, iussis qui circà erant sequi, ante-
 cursores equites in amnem præmittit, ex cum
 bis Amyntam Tirabci cum Paonibus, ex
 una peditionis turma ante hos Ptolemaeum Phi-
 lippi, cui Socratis cohortem commiserat, cui
 foris totius equitatus eo die ducatus contige-
 rat. Ipse dextrum cornu agens, signis repente
 canere iussis, cum ingenti militum clamore ua-
 dum ingreditur, obliquam extendens aciem in
 eam ripa partem, qua uiolentior fluminis cur-
 sus uidebatur: eo consilio, ne ubi hostes flu-
 men intrassent, angusta acie exeuntes Ma-
 sedones ab ijs circumuenirentur: simul ut pha-
 lange

longe inducta eorum impetum frangeret. Per-
 se ubi Amyntam & Socratem cum cohortis
 bus ripa appropinquare conspicati sunt, con-
 tinuo in eos ali ex ripa, quā erat altior, ali ex
 amni tela mittere. Ibi ingens equitum certa-
 men fuit: his in ripam euadere, illis obstat
 studium erat. Perse plurimum prae acutis sudoribus,
 Macedones hastis pugnabant. uerum mul-
 titudine quidem longe inferiores hi, primo sta-
 tim congressu male afficiebantur: simul quod
 ex inferiore arque instabili loco, ut pose ex flu-
 mine aduersus hostes in eminenti ripa stantes
 dimicabant. Ad huc Perse totius equitatus
 robur ad exitum opposuerunt. ibi Memnonis
 filii, ac Memnon ipse pugnabant. Macedon-
 um primi in ripam nitenies, à Persis interfe-
 Eli: ceteris ad Alexandrum receptus salua-
 fuit. Qui quā maximè equites ac Persarum du-
 ces confertos uidit, subito impressionem fecit.
 Circa Regem acre pralium, ingenti utrorumque
 conatu fuit. Interim ali post alios Macedonū
 ordines annem transibant. Et quamvis equi-
 stre pralium esset, similis tamen pedestri ui-
 debaratur. nam & equis equi, & uiri uiris con-
 ferti confertiq; rem gerebant. Macedones à
 ripa Persas submouere, Perse Macedonas
 exitu adtere conabantur. Tamq; repulsis hosti-
 bus Macedones ripam tenebant. nam & robo-
 re, & rei militaris peruia Persas anteibant.

Alex

Alexander autem fortius pugnando, cum
hastam infregisset, ab Arcie (qui proximus
erat) hastam petivit. cumq; ex ille suam fregis-
set, sic quoq; cum hastae trunco dimicare pergu.
Mox accepta à Dibarato Corinthio, uno ex
amicorum cohortie, lancea, in Mithridates
Darij generum, lögè ante alios equo inuestium
protinus emicat, oraq; traiectum humi sternit.
In eo pugna ardore Rœfases in Alexâtri ca-
pue securi distracta, galeæ aliquantum citra
vulnus diffregit. in quem conuersus Alexan-
der, thorace discusso peclius træsfodit. Tam spi-
thridates Alexandrum à tergo petens, secu-
rim alte sustulerat: cuius ictu præuento Clitus
Dropids, humerum eius securi discidit. Interea
quibus res procedebat, è flumine in ripam pro-
dabant, seq; transgressis congregabant. Persæ
cum undiq; tam ipsi quam equi iaculis congi-
gerentur, nec incubentem à tergo hostiles
equitatum sustinere iam possent, multaq; à pe-
ditibus leuis armatura qui equicibus immixti
pugnabant, vulnera acciperent: primum eò quod
Alexander curabat, referre pedem cœpere.
At ubi media equitum acies uchementius im-
pressa, ex ipsa cessit, dissipatis cornibus, omnes
in fugam uersi Persarum equites, circiter mille
in fugâ casi, quos fugientes Alexander hanc
longo spatio insecurus est: ac mox in merce-
varios, qui magis stupore quodam attoniti,
quia

quia pugna eueneus prater opinionem cecidere, quam erio pugnandi consilio in acie steterant, phalange et equitatu inductis, eos ad intercessionem cecidit: nec quisquam omnium superfluit, nisi qui forte inter cæsorum cadavera iacens delituit. Capiuorum nomen circiter duam milium fuit. Ex ducibus Persariorum cecidere Niphates, Petanes, Spuhridas, Lydia satrapa, Mithrobuzanes Cappadocum præses. Mithridates Darij gener, Artibupales Darij Artaxerxis filius, Pharnaces uxoris Darij frater, Omares mercenarij militis dux. Arsites ex ipsa pugna in Phrygiam se receperit: ibiq; ut fama tenet, mortem sibi ipse consciuit, quod tanq; e calanuitatis causa Persis suissc uideretur. Ex Macedonibus primo imperii ad xxv. perierunt, ijsq; Alexander honoris gratia aeneas statuas in templo Iouis Zysippi manu posuit: quem Alexander ob artis praeflantiam præ ceteris statuaris dignum indicauit, à quo ex are fingerentur. De cetero equitatu suprà l. x. desiderati sunt, pedines circiter xx. quos Alexandri postribus cum armis ac cetero ornatu militari sepeliri iussit. parentibus eorum ac liberis agri, munerumq; rum priuatorum eum publicorum immunitatem concepsit. ad hæc fauiclos curæ habuit, singulos adiens, eorum uulnra inspiricans: ex ijsdem quarens, quomodo uulnra accep

aceperissent, quidq; tum agerent, super his quicq;
de se prædicare ac gloriari facile patiens. Sed
ex duces quoq; Persarum, ex Gracos merce-
narios, qui Persarum stipendia facientes in
pugna decesserant, sepulture mandauit. Quis
autem mercenariorum uiui in ipsius potestate
eem peruererunt, ad ergastula dannatos in
Graciam misit: quoniam aduersus publicas
Gracia decreta pro Barbaris aduersus Gre-
cos militasse. Athenias uero C. C. armaturas
Persicis dono Palladi misit, hoc breui ita-
culo inscripto: Alexander Philippi, veteriq;
Graci, Lacedamonij exceptis, haec de Barbari-
is spolia, Assiam incolentibus. Post haec Cala-
eius regionis, cui Arsies prefuerat, praefide
facto: cum edixisset ut eadem tributa soluarent,
qua Dario pendere soliti sunt, Barbaris o-
mnibus qui desertis montibus in deditio[n]em ue-
nerunt, ad suos reuertendi potestatem fecit.
Zelitis quoq; ignorat: quoniam sciebat invitos
pro Barbaris arma suscepisse. Parmeniona
uero ad recipiendum Dascylum misit: idq; re-
cepit, praefidio inde metu dilapo. Ipse Sar-
dos uersus mouit. cumq; ab oppido septuaginta
et fermè stadijs abesset, obuios habuit in itine-
re Mithrenem praesidijs arcis præfction, Sac-
dorumq; maiores natu: hos oppidi deditio[n]em,
Mithrenem ex arce et pecuniam regiam
qua in arce seruabatur pollicentem. Demum
ad Her.

ad Hermum flumen, quod à Sardis oppido
 xx. ferè statu remota est, castris posuit:
 Amyntam Andromeni mutit, qui arcem ac
 pecuniam à Mithrene accipiat. Quibus re-
 ceperis, Mithrenem postea in honore habuit.
 Sardis, ac ceteris Lydia populis libertatem,
 ut legibus uerentur suis, concessit. Erat arx
 Sardorum eminenti loco sua, undiq; preciposis
 triplici præterea muro circundata. hanc in-
 gressus, cum uidisset natura atq; opere munia-
 tam, templum ibidem Ioui Olympico adificare
 cogitauit. Dum locum templo faciendo ido-
 nem considerat, repente (ut erat anni tem-
 pus) tetra tempeſtas cum ingenti tonitruum
 fragore coelum inuoluit: secutusq; imber, re-
 gna Lydorum modò perfudit. Quod ubi ani-
 maduerit, dix id cordi esse arbitratus, tem-
 plum Ioui confeſtim extruendum mandauit.
 arcisq; custodia Pausania, uni ex amicis, comi-
 missa: præſidio imposito, exigendis uictigal-
 libus ac tribus Niciam questorem prepo-
 suit. Sandrum autem Philote, Lydie, et
 alteri Spuhridatis prouinciae, dato ei equita-
 tu, ac leuis armatura milite, qui ad eam pro-
 uinciam satis esset, præfecit. Calam et Alex-
 andrum Aeropi, prouincie Memnonis: ijsq;
 Peloponenses, et magnam ſociorum partem,
 prater Arginos (qui præſidio arcis Sardorum
 relittiuerant) attribuit. Dum hac geruntur,
 Persar

Perfarum milites mercenarij, qui Ephesij's praesidio erant, cognito huius pugnae eventu, relicta mbe, duabus longis Ephesiorum nauibus arreptis discessere: eum ijs Amynas Antiochi, qui ex Macedonia, cum adhuc ibi Alexander esset, profugerat, non ob ullam quidem iniuriam acceptam, sed odio eius ac metu. Quarzo post pugnam die, eum in Ephesum Alexander uenisset, Ephesios, qui sua ipsius causa exercitores facti fuerant, in ciuitatem resiliuit: administrationem respub. que in paucorum potestate erat, in popularem statum mutauit: tribus Persis pendit solitis Diana, que in eaturbe magnificentissimo templo summa religione colebatur, quotannis pendit iussis. Ephesiorum populus sublato paucoru metu, continuo eos ciues qui Memnona in urbem induxerant, exemplumq; Diana spoliauerant, quiq; Philippi statuam in endem templo euercrant, item eos qui Heropythi sepulcrum (a quo olim ciuitas liberata fuerat) in foro cruerant, interficere insluuit. Syrphacem uero, unum ex ijs, ac Pelagoniem filium, fratribusq; Syrphacis liberos, qui in templum confugerant, inde extractos lapidibus obruerunt. Ceteros inquireti Alexander uenit, ueritus ne per licentiam fontes pariter eis infantes, alios inimicitarum, alios auaritia causa interimerent. Nec ullum Alexandri factum apud Ephesios plus sibi laudie

O glo.

Et gloria contulit : quod nobilissima ciuitatis
 salui consuluisse uideretur. Interim ex Ma-
 gnesia et Trallibus ad Alexandrum legati
 uenerunt, urbium suarum ditionem pollicen-
 tes: ad quas in fidem recipiendas Parmenio-
 nem misit cum duobus milibus et quingentis
 mercenariis, pariq; Macedonum numero, equi-
 ebus ex amicis circiter ducentis. Alcimatum
 autem Agathoclet, cum non minori copia-
 riam numero in Aegaeis urbes, et Ioniam,
 eas urbes oppugnariam quibus adhuc Barbari
 dominabantur, mittit: aristocratiam sine pa-
 corum statum ubique tolli, popularem uerò
 (quam democratiam Græci appellant) con-
 tituit, et ut singuli populi legibus suis uiri per-
 mitterentur, usq; tributa, qua Barbari soluere
 soliti essent, remitti mandauit. Ipse Ephes
 commoratus, Diana solenni pompa rem diuina-
 nam fecit, uniuerso exercitu ueluti ad pugnam
 instructo. Postridie cum reliquo peditatu, sa-
 gittariis ac Agrianis, Thracum equitatu,
 et amicoriam cohorte regia, tribusq; preter-
 ea alijs Miletum uersus progressus. Exodis
 urbem praesidio uacuam primo aduentu coe-
 pit: ibi q; castratus, Miletum urbem ma-
 gis introrsum sitam circumuallare instituit.
 tanque Hegesistratus, cui Darius Milesi tu-
 celam demandarat, eum ad se nuncios de dedi-
 tione misisset, fratre Persarum auxilio, qui non

d longè

longè aberant, consilium mutauerat. Ceterum Niconor, qui ex Gracia classem adduxerat, eriduo ante eodem uenerat, quām Perse Milesio appropinquarent, ad insulam Laden: quæ in conspectu Miletii sita est, cemum ac sexaginta nauium appulsa classe: Quod postquam Persicarum navium ductores cognoveres, sub Mycalem montem constituerunt. Namque eam insulam Alexander non solum nauibus, quas diximus, sed etiam Thracibus, et externis milibus ad quatuor milia eodem missis, tuebatur. Barbari propè quadringentas naues habebant. Alexandrum quamvis numero nauium imparem, hore abatur Parthenia, si periore uictoria confisus, pralij fortunam experiri: fœlici etiam augurio persuasus, aquila à puppi regiae classis in littore prospecta, extimabat si uinceret, magno id usui, quoad totius belli sumam Alexandro fore: si uincerentur, haud magnum inde detrimentum proueniriam, quoniam Perse propter nauium multitudinem etiam non pugnantes imperium maris obrinerent: in id operam impigre pollaceri, omnis periculi quodcumq; futurum esse particeps futurus. Ad ea Alexander placide: Illion opinione sua falli: nec satis esse, recte augurium interpretari: praeter rei militaris rationem esse, si cum tam paucis nauibus aduersis multo plures, cumq; natalibus copijs par-

runt.

rium exercitatis aduersus exercitatas Cypriornis
 ac Phoenicum copius eat. non esse consilij sui, bo-
 co instabili arq; incerto de Macedoniam siri u-
 te apud Barbaros periculum facere. Nam si
 hoc primo nauali congressu Macedonis cedat,
 non parum incommodi quo ad famam inde exer-
 citurum: tum propter alia, tum quia nauali
 clades in Graciam perlata, Gracos nouis re-
 bus studentes ad res domi innouandas excita-
 tura uideretur. quibus de rebus nauali pralio
 impreseñiarum abstinentum censere. Augu-
 rum uero se se aliter coiectare. aquilam quidem
 ad se pertinere: sed quod sidens in lictore con-
 specta esset, uidcri diuinatus portendere, Persas
 terra non mari uincendos esse. Inter hac Glaucip-
 pus unus ex Miletis primoribus, legatus ad
 Alexandrum in castra uenit, à populo ac mer-
 senariis militibus (quis urbana custodis man-
 data fuerat) missus. is ostendit placere ciuibus
 suis, muros portusq; eis ac Persis communes
 esse: ac proin orare, uti iüs rebus contentus ur-
 bem obsidere desisteret. Indignatus Alexander,
 Glaucippum protinus in urbem renuciare, uti se sta-
 rim ad pugnam pararent. Ipse machinus con-
 fessim contra moenia dispositis, murorum par-
 tem breui exercitie, multum etiam quaffavit.
 itemq; exercitum admouebat, ut uel qua diru-
 sis, uel qua lababat muros, in urbem irrum-
 d 2 perct.

peret. Et hac quidem propinquis ex inspe-
 ctantibus Persis agebantur, qui apud Myca-
 lem cum classe erant. Non hac aguntur, Ni-
 canor ex Zade insula Alexандri motus pro-
 spiciens, latus praternauigans Miletum portum
 cum classe petit : angustoq; eius ingressu occu-
 pato, proras naūium à mari statuit : atque ita
 Persica classi adeundi portus potestatem, op-
 pidanis uero auxiliū spem, quam in classe habe-
 bant, omnino sustulit : tuum ciues ac mercenarij
 milites desperata salute, incumbētibus iam un-
 diq; Macedonibus, in mare se se projcentes,
 alijs scutis innatantes in parvam quandam in-
 sulam (nomen obscurum est) urbi proximā tra-
 ieccrunt, alijs in scēnīs lēmbis, quos sunt in portu
 stāti, cum effugere conarentur, à Macedoniam
 nauibus retracti, interfeci fūnt. Potitus urbe
 Alexander, insulam petit, in quam ex fugi-
 oppidanī se receperant: pontibus in proris na-
 uium prominentibus portari iussis in abrupta
 insula, tanquam in murian descensuri speciem.
 Quos ubi paratos ad resistendum animad-
 uerit, eorum misertus est: quoniam ex animis
 generositate & fide praestare uisi sunt. Itaque
 proposua ijs uenia, si militare secum uellene
 (trecenti mercenarij erant) cum conditionem
 accepissent, ijs ignouit: oppidanis autem, quos
 in expugnatione urbis fortuna seruauerat, u-
 tam ex libertatem dedit. At Barbari interim
 mons

mouentes crebra à Mycale cum classe , per diem quidcm in conspectum Graecæ classis aduenantes , si forie illos extra portionem elicere ad pugnam possent : noctu ad Mycalem , locum quod necessaria per incommodum , quod à Meandri amni longinquo spatio aquam portare necessum erat , appulere . Quodcum Alexander intelligeret , Miletij portu ne qua hostilis navis ingredi posset nauibus insesso , Philoram ad Mycalem mittit cum omni equitatu , tribusq; pedium cohortibus , qui Barbaros descensione in terram prohibeat . Barbari usū aque , ceterarumq; rerum necessariarum inhibiti , inde Samum petebant , importatisq; communitibus Miletum uersus reueriebantur , & plurimis inde nauium ipsarum ante portus fauces in alto constituerunt , si quo modo Macedonum naues prouocare in alienum possent . quinq; autem earum in portione quendam inter aliam insulam & exercitione iniecerunt , ea spe ut uacuas Alexandri naues comprehendenderent : quod nauticos socios alios procul à nauibus lignatum , alios ad importanda necessaria , nonnullos prædatum profectos acceperant , & pars quidem nauium sociorum aberat . Ceterum Alexander vox ut Persarum naues propius aduenire conspexit , ex ea copia nauicorum , qui eum aderant , naues decem celeriter armatas ob-

d 3 viam

uiam mutuit: utq; in eas contrarijs prioris feci-
rantur, imperat. Persæ ut uiderunt naues illas
preter spem aduersis se contendere, subiò con-
uersi ad reliquam classem fugere cœperunt: e-
quis una Iassorum naus renigio tardior
plena capta est. reliqua ad Persicam classem
conuinata fuga peruenierunt. Post hac Persæ
cum nihil proficere animaduerterent, Miletos
cum classe discesserunt. quibus digressis, Ale-
xander sum pecunie inopia adductus, cum
quod sciret se classe imparem Persis esse, cum
nollet neque ullam quidem exercitus partem
temere in discriminem mittere, ex armare clas-
sem instituit. Cogitabat præterea, postquam
iās terram Asiam cum terrestribus copijs
tenebat, se se classe non indigere. eumq; mari-
timas urbes cum exercitu expugnare posset,
nullum postea classis usum hostibus fore: quo-
niam habicuri non essent, unde remiges in
supplementum acciperent, neque portus præ-
terea aut urbes ullas in terra Asia, ad quas
diuerterent. idq; significasse aquilam, qua
apparuerat, quod ex contineti hostium na-
ues superaturus esset, conjectura quadam in-
terpretabatur. Quibus perfectis, cum exer-
citu uersus Cariam iter inuadit: quod in Ale-
xandriso non parua cum barbarorum cum mer-
cenariorum milium copia esse nunciabitur.
omnibus autem inter Miletum atq; Ale-
xandri

carnassiam oppidis primo impetu captis, quina
stadia ab Alcarnasso castra posuit. ueluti lon-
ga obſidione urbem domiturus. Nam prater-
quam quod erat ſuū permunita, Memnon
(quem ideo Darius inſeriori Asia, reiq; ma-
riuim pafeceraſ) eam prouinciam omnibus
neceſſarijs multo ante firmauerat, ualido pre-
ſidio ex mercenario milite imposuo. naues
quoq; longas in portu ad turbis euisionem con-
ſtuerunt, quarum turma ad opera facienda ma-
gno uſui crant. Igitur primo ſtatiim die admo-
uentie exercuum Alexander, portis (qua ad
Mylappa ferunt) oppidani ac praſidiary mili-
ties ex oppido repente egressi, in Macedonias
emissis iaculis impetum faciunt. Sed mox a
Macedonibus repreſsi, inura mortia compulſi
funt. Haud mulio poſt Alexander aſſump-
ſcutaris & equitatu amicorum, atq; Amyn-
ea & Perdicca Meleagriq; pedestribus copys,
ac preter hos sagittarys & Agrianis, ad
eam partem urbis qua Myndum reſpicit co-
templaturus acceſſit: ſi forte ab ea parte urbs
facilius expugnari, ac per improuifam & ſubi-
eam profectionem Myndo potiri poſſet, cuius
acceſſionem ſibi ad Alcarnassi obſidionem
muliū profuturam exiſtimabat, cuius rei o-
casiō ſibi offerretur. quidam enim ex Myn-
do ad eum uenerare, clandestinum adiiciam
per noctem pollici. Profectus ita Myn-
dum

d 4 duno

dum nocte intempesta mi conuenerat, non
en'que appropinquant, postquam Myndes-
ses nihil in eius miscere animaduerit, quamvis
scalarum copia non esset, quod non oppugna-
turus, sed per proditum urbem receperit utrū
merat: nihilominus tamen Macedonum pha-
lange propius adiuta, cum murum subruat im-
perasset, continuo Macedones turrim suam
euerterunt: qua collapsa, murus defensore nuda
sus est. Ceterum oppidani summa si resistendo,
sunt cum ijs qui mari ex Alicarnasso uene-
ranti, conatus eius irritos fecere. Atque ita re-
inflecta, ad Alicarnassi obsidionem reditum.
Ac primum omnium fossam, quam oppidani
ante urbem perduxerat, x x x. cubitorum la-
ritudine, altitudine x v. repleri imperauit: quo
facilius ligneae turre, ex quibus in propugnato-
res iacularetur, aliaq; praterea machine quib;
bus moenia quereret, oppido admoueri possent.
Fossa hanc difficulter repleta, ligneae turre
iam appelli coepabant. quod oppidani conspè-
ceti, cum per noctem in ipsa opera ignem ja-
cturi impetum fecissent, à Macedonibus, quib;
bus carum rerum custodiā mandauerat, sunt
ab alijs qui clamore excitati subito accurre-
runt, inera muros repulsi sunt. Ac ex ijs ad
c l x x. ceciderunt: in quis Neoptolemus Ar-
rabai, transfuga, Amynta frater. De exercitu
Alexandri non plus x v 1. casi sunt, nullus
si uero

si uero propè cōcūsidij contigit, quoniam nocturno prælio minus hostium tela uitare posserant. Haud multis diebus interiectis, duo Macedones contubernales ex ea cohorte, cuius postea Perdiccas præfuit, uno conciliati, cum uerqueret res à se gestas quam maxime conuaretur uerbis extollere, et ob id inter se consentio de principatu exorta esset, muros urbis ab ea parte qua ad Miletum uergit, sine cuiusquam iussu armati continuo adeuntem: magis ut audaciam ostentarent, quam cum hostibus pugnare capessent. Hos oppidanis quidam iniuriis duos modò esse, ac temere muros succedere, subito ex urbe egressi adoriantur. Illi proprius profecti, protinus eos obruncant: mox alios oppidanos remotiores, quos clamor eò iraxerat, iaculis petunt. Nec uero ex eo tantum superiores erant, quod ex editiore loco tela miscebant: sed etiam numero. multi enim ex Perdicce cohorte, plerique ex castris auxilio cūcurrerant. Ex quo contigit, insigne prælium sub urbem fieri. quo prælio oppidanis denuo intra portas à Macedonibus reiecli sunt. Parumq; ne urbs eo imperio caperetur absuit. nam et murorum custodia indiligēs erat, et due praeterea turres cum muro intericto funditus usque corruerāt. Nec sanè irrupcio difficultis fuisset, si cum cum toto exercitu pugnariam foret. Alio quoque iuris collapsis turribus proxima, tor-

mentorum iecibus concussa, si subruata à Macedonibus fuisset, facile ex ipsa concidisset. Quod oppidanis mecentes, lateritium murum semicirculis instar intersecus sufficerant: nec difficulter magna oppidanorum manu in eo opere occupata. Hunc muro postridie cum Alexander tormenta admouisset, oppidanis subito ad casigni corrumpenda ex oppido pronolante: ex pariem quidem craterum qua muro propinquaverat, partem etiam turris lignea comburunt. Cetera strenue à Philota et Hellanico operum custodibus defensa sunt. Postquam oppidanis pugnae interesse Alexandrum conspexere, sudibus armisq; abiectis trepidi in urbem se recipiunt. Initio oppidanis propior loci naturam (erat enim altior) superiores erant: nec solon contrario iectu, sed etiam à latere propugnatores scriebant. at eos qui muro eucro proponquabant, facile à tergo ferire poterant. Haud multo post cum Alexander nubo lateritio interius suffecto opera ierum admouisset, ipseq; adesset horitator: oppidanis partim quā murus disiectus erat, parim à Tripylo perfacta repente porta praeter Macedonum opinionem ex oppido crumpente, operibus faces ex alia quaque incendij nutrimenta iniunctiones. Sed ab Alexander repulsi, atque ex turribus periti, mox in urbem pedem referre coacti sunt, non parua suorum cæde: ac tanto maiore,

qua

quanto plures hoc prælio, quam superiore, mā-
ioriue audacia ex oppido exierant. Nam quā
clan Macedonibus pugnauerāt, aut in præ-
lio, aut in fuga circa muram erutum cæsi sicut.
quoniam & via angustior erat, quam no-
tum a multitudinis capax esset: & mari stra-
ges difficultem transitum faciebat. Ad hac op-
pidanos, qui è Trypylo exierant, Ptolemaeus
cum Addai ac Timandri cohortibus, & qui-
busdam præterea leuis armatura milibus
in fugam uertit. Qui dum per angustum pon-
tem præalte fossæ inieictum tumultuosius fu-
gient, præ multitudine incumbentium pone
perfracto, plerique eorum in fossam ruentes,
obruiti sunt: nonnulli à suis, alii super alios
incidentibus, oppressi: plures etiam à Mac-
donibus desuper necati. Ingens autem oppida-
norum cædes circa portas edita est. nam cum
portas oppidanis clausissent, ueriti ne hostes
iunia secum urbem intrarent: plerique cines ex-
clusi sunt, quos Macedones sub moenibus ob-
truncavere. Parumq; absuit, quin eodem impe-
ni urbs ipsa caperetur. Ceterum Alexander
urbis illius conseruanda quam cuuenda cupi-
dor, siquid forte Aicarnassenses placabile
afferrent, recipui cani iussit. Ex oppidanis
circiter mille desiderati sunt, ex Macedoni-
bus uero non plus x l. inter quos Ptole-
maeus & Clearchus sagittariorum dux, &
Addae

Addens mille pedium ductor, aeq; alijs Macedones, & ij quidem non obscuri. Secundum hanc pugnam Orontobates ac Memnon Persarum duces colloquio inter se habito, cum intelligerent ex praesenti rerum statu, non posse sedius obsidionem perferre, quod magnam iam partem murorum disiectam, partem ruina proximam, multos praterea milites in expitionibus aut defecisisse, aut ex vulneribus ad pugnandum inutiles factos animaduercebant: ciceriter secundam noctis vigiliam turrim lignam, quam aduersus opera ostium excitaverant, & item armamentaria incendunt, teclisq; muro proximis ignem injicunt. Quadam etiam longinquiora flamma comprehendit, uero so in eam partem incendium ferente. coriam partem in arcem insula, partem in arcem (quam Salmacidan vocant) se se receperunt. Quae cum Alexander ex transfiguris quibusdam cognouisset, ingentesq; ignes procul animaduertaret, quamuis iam media nox inflaret, Macedonibus eductis urbem ingressus, qui domos incenderent occidi imperauit: cateris uero parcis, qui intra recta inueniri essent. Postquam illuxit dies, contemplatus arces, in quas Persa ac merenarij milites confugerant, cum eas uir expugnari posse desperaret, intelligeretq; diuina ob locorum nastram opus esse: cum iam urbis potius esset, ijs qui nocturno prelio inter

intererant humanis, machinisq; & operibus
in Tralles comportari iussis, urbem solo aqua-
uit. Profecturus inde in Phrygiam, Carie Pto-
lemaeum præfecit, peditum trium milium, equi-
tum ducentorum præsidio relicto. Constituerat
sam ante a. uti Ada Hecatomni filia, Hidriæ
soror, eademq; (Carum lege) uxor, cui uir mo-
riens regnum reliquerat, ipsi prouincia domi-
naretur. Erat enim consuetudo apud Caria po-
pulos, usque adeò à Semiramide profecta, qua
liceret & foemini regnare. Eam Pexodarus
regno eiecerat, translatâ in se rerum potesta-
ce. namq; Oromobates Pexodari gener à Da-
rio missus, illa expulsa Cariam regebat: nec
quicquam Ada in tota Caria preter Alin-
da, urbem eius prouincia munissimam, tene-
bat. Hac prius ingresso Cariam Alexandro
obuiam profecta, Alindis urbe tradita, cum
in filium adoptauerat. Alexander nec libera-
atem foeminae, nec filij nomen aspernatus, ur-
bem eidem custodiendam reliquit. Postquam
uero Alicarnasso & reliqua Caria potitus
est, memor accepti beneficij, uniuersam Cariam
eius imperio subiecit. Post hec cū sciret plerosq;
Macedonum, qui secum militabant, paulò an-
te quam in Asiam proficiscerentur uxores
duxisse, ea res sobolis causa sibi nequitam ne
gligenda uisa est. Itaque ijs Macedonie aduen-
da, & cum uxoribus hybernandi potest arena
fecit

fecit: iisdemq; Ptolomeum Scleuci, unum ex cop
 poris custodibus: ex ducibus uero copiarum,
 Qænum Polemocrati, ex Meleagrum Neo-
 ptolemi (nam ex hi recenter uxores cuperant)
 presecutus mandauitq; ut ex ipso reuerterentur.
 Ex commissos sibi Macedonas ad se reduc-
 rent: ad hac, quo maiorem possent, peditionem
 atque equitum delectum domi haberent. Nec
 semere ex alia re quapiam Alexander sibi
 Macedonum animos aquæ conciliavit. Clean-
 drum uero Polemocratis in Peloponnesum ad
 habendos delectus mittit: Parmeniona in Sar-
 dos, data ei equitum amicorum, item Thessalo-
 rum ac sociorum prefectura: ad hac ut currua
 ducat, atque e Sardis in Phrygiam proficiat-
 tur, mandat. Ipse in Lyciam ex Pamphylianam
 tendit, eo consilio, ut ora maritima in potesta-
 tem redacta, naualeis copias hostibus inutiles
 redderet. Et primo quidem, impetu ex itinere
 Hyparna locum natura munitum coepit. me
 cenarij namque milites, qui in presidio erant,
 concinno inducias pacem, sine certamine arce
 excesserunt. Deinde Lyciam introgressus, Tel-
 misseos sine ullo negotio protinus recepit: Xan-
 thoq; amni pertransito, urbem Pinara, ex Xan-
 thum ex Patara, ex alia præterea aliquanto
 minora oppida circiter xxx. in ditionem
 accepit. His rebus gestis Myliada, quæ pars
 est maioris Phrygiae, sed ex mandato Darii

can.

non Lycia contributaria, media in hyeme intrudit. Quo tempore Phaselitarum legati amicis peiientes, aurea corona dono allata, ad eum accessere. Eademq; de re complures Lycae inferioris populi, accepta fide, ad eum legatos miserunt. Qui tradere urbes insi, missis qui ea reciperent, hand cunctanter dicto paruere. Ipse paulopost in Phaselitas profectus, castellum quoddam in ea regione sicut permunitum, quod Pisidae edificauerant, cepit: unde excusionees crebras facientes Barbari, finitos agros uastare consueuerant. In ea regione castra habentii refertur, Alexandrum Aeropi, quem ex amicorum numero Thessaliam equitibus praefecerat, uita sue insidiari erat hic Alexander Heromenis atque Arzabai frater, qui necis Philippi consciū fuerant. Sed quamvis paterna cedis reuulsi, Alexander non absoluera, et in honore habuerat, quoniam inter primos amicorum post Philippis mortem ad se uenerat, et in regna profici-
scenti una cum ceteris amicis armatus comes accesserat, hunc et in Thraciam ducenti copiarum misera: et Cala Thessalorum equitum duce sarrapa facto, eundem Thessala equitatu prefecerat. Consilium eius de insidiis per hunc maxime modum cognitum est. Darius postquam Amyntas ad se transfigit, tuitq; ab hoc ipso Alexandro et manus data.

dara eō literas, Assisēnem Persam, unum
ex ijs quibus plurimum fiebat, in maritima am-
prouinciam sub specie quidem legationis ad
Atizyem Phrygię präsidem miserat : re as-
sem uera, uti hunc Alexandrum connueret.
eīq; eō Macedonia regnum, eō mille insuper
auri talenta, si Alexandrum interficeret, pol-
liceretur. Ceterum Assisēnes à Parmenione
comprehensus, coactusq; confiteri quid uenisser,
per fidos custodes ad Alexandrum perdu-
ctus est. Qua re cognita Alexander, quid de
insidiatore decernendum sit, statim amicos con-
sulit. Illi nideri sibi optimam equitatus partem
in fido homini haud committendam fuisse: nunc
è medio tollendū, antequam familiarior Thes-
salis factus, unā cum eis aliquid noui struet.
Terrebat eos prodigium recēs iussionem. nam dum
Alexāder Alicarnassian ob sideret, quiescen-
te eo sub meridiem, hirundo quedam cion gar-
ruum maximo super dormientis caput uolitare,
eō modo in hanc, modo in illam lēcti partem
se se inferre, ac turbulentiores quam sit auion
earum natura garritus edere, conspecta fue-
rat. Alexandriam tunc, uspote labore fatiga-
sum, somnus oppresserat: sed acuissimo auicu-
lo garriu tandem excitatus, eam continuo
manu reppulit. Tantum uero absuit ut uel re-
pulsa aufergerit, ne rursus ipsius capiti insi-
dens non prius discesserit, quam prorsus exper-
gesa

gesactus sit. Eam rem Alexander minime negligendam arbitratus, cum Aristandrum Telmisseum peritisimum uatens consuluisse, parari sibi à domesticis insidias respondit: caterum fore, uti insidiae deprehenderentur. Hirundinem enim cum hominibus consuecere, ac caterarum auium loquacissimam esse. Hac igitur, ex ea qua ex Persa Alexander audierat, animo reputans, Amphoterum Alexандri filium, Crateri fratrem, ad Parmeniona confessam mittit: ex una cum eo Pergenses quosdam, qui essent itineris duces. Amphoterus Persico habitu assumptio; ne agnoscatur, ad Parmeniona peruenit, Alexандriq; manda exposuit. namq; Alexandro non uisum est, de ea re literas dandas esse. Quibus Parmenioni cognitis, Alexander reus in custodiam traditur. Post hac Alexander ex Phaselide mouēs, partem exercitus per montana in Pergas (qua illi demonstratum est iter difficilius quidem aliquanto, sed brevius) mittit: ipse secuōs mare reticuam partem ducebat. Huīus regionis ea natura est, ut nisi flantibus septentrionis peruersi non possit, austri spirantibus agrestis, tunc uero post graves notos septentrionis repente exorti, non sine diuino quodam numine (ut ipse Alexander, ex qui cum eo erant, interpretabantur) celerem ac facilem transiūm præstissime uidebantur. Ex Pergis

ultere

ulterius proficisci, obuiam facti sunt A-
spendiorum legati, urbis quidem deditioem
pollicentes: ceterum ne praesidia in oppida in-
troduceret, postulantes. idq; ijs concessionem, si
modo exercitui talenta quinquaginta in sti-
pendium penderent, equosq; traderent, quos
Dario tributi nomine dare consuerant. Quib;
bus conditionibus acceperis, dimisi sunt. Di-
gressus inde Alexander, Siden uersus profe-
ctus est. sunt autem Sidiae Cumae, ex Cumis
Acolis oriundi. Hi miranda quedam de ori-
gine sua predicabant. progenitores suos, qui
primi eam regionem incoluerant, cum primum
eam terram attigerunt, patrij sermonis obli-
cos, aliena lingua loqui coepisse: nec finitimo-
rum quidem Barbarorum, sed sua, et propria.
atque ab eo tempore Sidias uicinis populis
lingua differre. Post hac Alexander relieto
in ea urbe praesidio, Syllium petivit. erat is locus
tum natura, tum mercenariorum militum et
indigenarum praesidio munitus. Quapropter
repente pralio capi non potuit. Eunti prae-
terea nunciatum fuerat, Aspendios nihil co-
rum que pepigerant, praestare: ex agris omnia
in urbem portasse, portas ijs quae ab eo uenerant
clausisse: ad hanc muros, sicubi infirmiores
erant, sufficere. Quibus cognitus, conuerso
itinere in Aspendios rediit. Ea uero urbs ut
plurimum sita est in rupe confragosa, atque
edita:

edita: circa quam Eurymedon annis excur-
rit. in extremo rupis sua erant non pauca
adicia, modico muro circumiecto: quiq; in-
his habitabant, diffisi loci monumento, ut au-
dierunt Alexandrum aduentare, confessim
deserto muro in arcem se recipiunt. Ale-
xander ut primum eò cum exercitu peruenit,
muran defensoribus vacuum transgressus, ibi-
dem castra ponit. Spendij ut se undique
circumfessos uidere, repente caduceatores ad
eum mittunt oratum, ne quid de conditioni-
bus mutaret. Alexander cum eorum locum
consideraret natura munitum, eorum se ad diu-
turnam obsidionem imparatum esse, condi-
nibus tantum adiecit, ut obsides è principi-
bus civitatis darent, eorum pro quinquaginta
talenteis centum traderent, eorum quotannis
tributum Macedonibus soluerent: satrapae,
quem ipse instituerat, parerent: ac demum
iuri starent, pro agris illis, quos iniuste te-
nere à finitimis accusabantur. Quibus con-
ditionibus receptis, in Pergen, ut inde in
Phrygiam peteret, iter intendit, praeter Tel-
missium urbem, cuius homines à Pisidiis
oriundi Barbari sunt. Erat is locus natu-
ra munissimus. sua est enim urbs in ex-
celso monte, undique confragoso, aditu diffi-
cili atq; arduo: nam usq; adeo a summo montis
uertice in procline pertinet. è regione mons

e e aler

alter situs est, è què altus ac praeceps, tanta inter se propinquitate, ut ex ijs ueluti porta quedam efficiantur: atq; ut uel cum paruo praesidio ijs montibus infessis, non facile sit ea exercitum traducere. Horum utrumq; Telmissei auxilio profecti, Alexandri metu occupauerat. Quod cum Alexander procul intueretur, Macedonas iubet ad radices montium castra facere: arbitratus, postquam Telmissei uidissent se castris posuisse manere, fore uti in urbem propinquam relicto praesidio reueterentur. Nec eum fecellit cogitatio statim enim reliquo in colibus praesidio, cætera multitudo in urbem se recepit. Qua re cognita Alexander, adductis repente sagittaris & iaculatoribus ac leuis armatura militibus, contempta paucitate, praesidium inuadit. quod ubi ad teli iactum appropinquatum est, arrepta protinus fuga, montes deseruit. Tunc Alexander superatis proutinus angustijs, ante ipsam urbem castra posuit. quo ad eum uenere à Selgeis legari. Sunt autem & hi è Pisidarum gente, belloq; acres. magnam urbem incolebant. Hi, quia sibi cum Telmisseis ueteres inimicitia erant: legatos ad Alexandriam amicitiam petentes miserant. Quibus in amicitiam receptis, postea Alexander ut fortibus urbis usus est. Contemplatus deinde Telmissei urbis situm, nō paucorum dierum eius expugnationem arbitratus, Salagassum

gatione petit. erat autem ex hac urbs Pisidorum, non parua: ex cum omnes Pisidae bellicosi existimantur, illi tamen uirtute ceteros anteire putabantur. Collis erat ante urbem, quem quoniam situ non infirmorem urbis moenibus preuebant, occupauere. Quo usq; Alexander, exercitum exemplo in duas partes dividit. In dextro cornu, cui ipse praerat, argyraspides locat: post bos pedites regios, extensa acie usque ad sinistrum cornu, prout ea die singulis copiarum ducibus ordinum ducatus coningebat: sinistro cornu Amynta Arrabai preposito. in dextro autem cornu locauerat sagittarios, ex Agrianos: in sinistro, iaculatores Thraces, quorum dux erat Sitalces. nam equites in illa locorum difficultate inutiles erant. Qui uero Pisidis ac Telmiseis praesidio ante accesserant, etiam cum his in acie erant. Tamq; Alexandri acies montem subibant, cum Barbari subito ex insidijs prouolant, ac circa uerunq; cornu a lateribus desuper circumfunduntur: ex sagittarios quidem in fugam uertunt, utpote leuiter armatos, ex qui ante alios excurserant. Agriani substituerunt. nam ex propinqua erat Macedonum phalanx, ex ante ipsam Alexander conspiciebatur. Postquam autem comminus in pugnam uenimus est, Barbari inermes cum armatis Macedonibus obuiam ire, vulneribus acceptis in fugam

se coniuncti, amissis propè quingentis. Ceterum quia leues, & locorum gnari erant facile euaserunt, Macedonas & armorum gravitas, & regionis ignoratio ad inseguendos hostes retardauit. Post hac Alexander iam victor securus, ac Salagasseos aggressus, eorum urbem magna vi cepit. In eius urbis expugnatione, ex iis qui secum erant, Cleander, unus ex copiarum ducibus, desideratus: ex militibus, circiter uiginti. Ea urbe capta Alexander inde mouens, aduersus reliquos Pisidas exercitum ducit: & alia quidens eorum castella ui, alia per deditinnem recepit. Inde in Phrygiam conuersus, ad paludem quam Ascaniam vocant, se contulit. in ea palude suapte natura saligna, quo finitimi utimur, nec ob eam rem mari indigent.

Quinto die post Celena peruenit. Erat in ea urbe arx, situ & opera munita: in quam Phrygia præses milites milie ex Caria, Gracos autem mercenarios centum præsidio imposuerat. Hiq; ad Alexandrum miserunt, qui pollicarentur areis deditionē, nisi intra certam diem auxilium à sacrape afferretur. Quod tempus expectare Alexander, quam arcem undique inexpugnabilem prælio adoriri, aut obsidere, commodius arbitratus, oblatam conditionem non respuit. Nullo ad diem auxilio profecto, urbs cū arce recepta est. quibus mille & quingenitor

gentorum militum præsidia firmatis, decem dies ibidem commoratur. Antigono deo Phippi Phrygiae præposito, et Balacro Amyntae (qui sociorum dux erat) in eius locum sufficeret, Gordion contendit: scribitq; Parmenioni, uti copys adductis sibi obuiam procedat. Interim qui Macedoniam ad uisendas uxores ierant, eodem adueniunt, et cum his noni deleetus, Ptolemeo Seleuci, et Cæno Polymocratis Meleagroq; Neoptolemi, ducibus. Erant hi quidem Macedonum, pedites circiter mille, equites c. c. c. Thessalorum equites ducenti, Eliorum c. l. quis praecrat Alcias Elius. Est urbs Gordium in Phrygia, propinqua Hellestanto, ad Sangaritem amnem sita. eius fluminis fontes in Phrygia oriuntur, et per Thracces Bithynos labens, Euxinum pontum influunt. Huc Atheniensium atti ad Alexandrum uenere, oratum uti c. suis quos captiuos haberet, dimitteret: qui ad Granicum amnem in pugna capti, atq; in Macedoniam missi, una cum alijs captiis ad duo millia in uinculis habebantur. Quod Alexander abnuit: haud tamen esse arbitratus, durante aduersus Persas bello, metum de se Gracis adimū, qui contra Graciam pro Barbaris militassent.
 eosq; a se tum deniq; cū præsens bellum finitum esset,
 peti insit.

ARRIANI NICOMEDEN
 S I S D E R E B V S G E S T I S
 ALEXANDRI MAGNI
 REGIS MACEDO-
 N V M L I -
 B E R II.



INTERBA Memnon à Da-
 rio classi prefectus, ac universa
 praterea ora maritima, cum
 bellum in Macedoniā ac Gra-
 ciam transferre cogitaret, Chiō
 insulam per prodictionem recepit. Inde Lejbon
 petens, Mitylenais resistentibus, cetera insula
 oppida partim uī, partim uoluntate ad se tra-
 cit. Post hæc Mitylenas conuersus, urbe ipsam
 in promontorio suam, quantum ab uno littore
 ad alterum pertinet, duplice uallo ac fossa cir-
 cundedit: ex in hoc spaciū castellis quinq; ex-
 citatis, exclusa urbe à cetera insula, facile reli-
 quis insulis dominabatur. Ea parte quidē na-
 vium ad portus obsidionem disposita, parte re-
 liquam apud arcem, quam Sigriū appellat,
 staruit: eo uidelicet consilio, sui onerarias naues
 ex Chio, Gerasto, ac Malea uenientes, prohibe-
 ret arcis aditu, ne quid inde ad Mityleneos
 obfessos perueniret. Inter hæc morbo mortem
 obiit. qua quidem res Dary rebus, si quid est
 quod obfuerit, uehemener obfuit. Eo mortuo,

Autop

*Autophradates, ac Pharnabazus, cuius fidei
Memnon moriens classis principatum commis-
serat, donec Darius de prefecto constituisse
(erat enim ex sorore natus) inchoatae obsidionis
hand negligenter incubebat. Quapropter Mi-
tylenei, cum se se terra mariq; circumfessos am-
madererent, ad Pharnabazum mittunt, qui
se facturos imperata spondeat, si externos mi-
litares pro iure societatis ab Alexandro auxi-
lio ad se missos, incolumes abire patiatur: Mi-
tylenei autem euersis quas Alexandro posue-
rant statuis, à Dario socij et amici appellen-
tur, ut in pace per Antalcidam facta cū Da-
rio contineretur. Ea Pharnabazus ne diutius
tempus in obsidione tereret, se concessurum re-
spondit: si tabulas, in quibus incisa erant foede-
ra que ijs cum Alexandro essent, deponeret:
sive exules, quorum uix iam dimidia pars su-
peresset, in urbem reducerent. Quibus condicio-
nibus receptis, ingressus urbem Pharnabazus
et Autophradates, presidium introducunt:
eiq; Lycomedem Rhodium praficiunt, ciuita-
tiq; tyramnum impovent Diogenem, unum de
monero exdum, grandi pecunia partim à sin-
gulis partim à ciuitate extorta. Quibus pera-
ctis, Pharnabazus Lyciam cū classe petit, mi-
litis mercenario secum abducto: Autophrada-
tes ad insulas circumiectas comeddit. Inter hac*

e s b a z o n

bazum mittū, qui mercenarios recipiat, sc̄q̄s
 illum in Memnonis locum suffecisse nuncier.
 Pharnabazus traditis Thymondæ militibus,
 continuo ad Autophradatem nauigat: com-
 municatoq; consilio, Darame Persa cum na-
 ibus decem in Cyclades misso, ipsi cum nau-
 bus centum Tenedon petunt. Ingressi q; por-
 tum, qui Borealis appellatur, insularibus im-
 perante, uti tabulas in quibus foedera cum Alexan-
 dro ἐγραφεῖ Gracis incisa erant, deponant:
 cumq; Dario eas pacem habeant, que per
 Antalcidam conuenisset. Tenedenses, quam-
 sis Alexandri amicitiam Darū amicitia
 longè preferrent, tamen quoniam in eo rerum
 statu difficile videbatur sernari posse, nisi impe-
 rata ficerent, eo quod Egelochus (eius Ale-
 xander mandauerat, uti classem rursus com-
 pararet) nondum eas naues composuerat, que
 possent obſeſſis opem ferre, metu magis quam
 voluntate paruerunt. Dum hac aguntur, Pro-
 teas Andronici ab Antipatro iussus, uti ex
 Eubœa ac Peloponneso naues longas cogeret,
 que insulis ἐγραφεῖ reliqua Gracie praefidio forent,
 si forte (ut fama erat) Barbari in eas oras cum
 classe nauigarent: cum audisset Datamen cum
 naubus decem ad Siphnon stare, ipſe cum ui-
 ginti naubus noctu Chalcidem ad Euripum
 suam defertur. postridie ad Cythnion insulam
 appulsi naubus, cum diens ibi conſumptis, quo
 de illis

de illis decem hostium nauibus certior fieret: simul ut per noctem impetu facto, Phoenicibus terribilior appareret. Postquam uero compertit, Datamen in nauibus Siphni esse, noctu inde mouens, sub auroram hostes improniso adores, octo ex eis naves plenas cepit. Datames cum duobus reliquis primo congressi in fugam uersus, ad aliam classem se recepit. Postquam Alexander Gordion peruenit, cepit eam (ut fit) uisenda arcis desiderium, in qua Gordij ac Mida filij regia erat: quo Gordiani currus iugum, & iugi ipsius insolubilem (ut ferebatur) nodum inspiceret. Ingens cum fama de eo curru apud finitos erat: Gordium unum suisse ex antiquis è Phrygia pauperem uirum, exiguum agrum habentem, ac præterea duo bouna iuga: cum uno quidem arare, cum altera res rusticas uehere solitum. Eo aliquando arante, aquilam in iugo consedisse, ibiisque ad uesperam permansisse. Gordium ostento tertium, Telmiseos uates, prodigiorum interpres (quod diuinandi scientia tam foeminius quam maribus eius gentis insita esset, quasi hereditaria) de ea re consulere statuisse. Cum in pagum quendam Telmisorum peruenisset, uirgini cuidam ad fontem proficiens obuiam factum, quid sibi euenisset narrasse: illam, qua ex eo diuinatorum genere esset, nisi eodem reuerteretur, Ioui que rega

regi sacrificaret iussisse, letum augurium esse.
Gordium, ut secum proficeretur, ut scires
 quo'nam modo sacrificaret, orasse. fecutam uir-
 ginem: eumq; sacrificium uti iussus est, perfecis-
 se. quo peracto, eam in coniugem coepisse, ex ijs
Midam pucrum genitum esse. Qui cum in mi-
 rum formosum arq; præstantem euasisset, se-
 ditione inter Phrygas exortâ, remedium male
 consulentibus, oraculum editum, currum ijs re-
 gem allaturum esse, qui seditionem tolleret.
 Suspensis hoc responso, *Midam* curru uectiam
 cum parentibus interuenisse, seq; in conciliatio-
 nis ita ut erat in curru exhibuisse. Phrygas conie-
 ctura ratos hunc esse quem sortes cecinerant,
 cum continuo Phrygia regem creasse. quo fa-
 ctio, seditione sublata, *Gordy* patris currum
 Ioui in arce suspendisse: graias agentem, quod
 aquilam (que in tutela Iouis esset) augurio
 patri mississet, ex quo regnum adepius esset.
 Prater hac ex illud etiam de curru fama uis-
 guerat: Si quis eius iugi incognitum nodum
 aliquando soluisset, fore uisi totius Asia
 potiretur. erat autem id uinculum ex cornu
 arboris libro: tantaq; arte connexum, ut
 ipsius nodi neq; finis, neq; initium ullum exta-
 ret. Alexander id sepius manu uersans, non
 comperta nodi ratione, cum prorsus statuisset
 insolatum non linquere, ne ea res in religio-
 nem apud milites uertcretur, ne quidā autores
 sunt.

fune, protinus ense discidisse: solutionem à se claus. siue ut augurij sortem eludoret, siue quod nihil putaret interesse solutionem' ne an discissum esset. Aristobulus tradit, clavum ab eo ex teste, per quem clavis ipse trajectus vinculum continebat, reuulsim, atq; ita temoni detraetum. Ego uero quo'nam modo id egerit, in tanta scriptorum uarietate non ausim affirmare. Sed ita discessit à curru, ex qui cum coerant, quasi oraculi fides impletaria esset: secutaque nocte proxima, tonitrua ac fulgura eam opinionem comprobauere. cuius rei causa postero die sacrificauit dijs, qui ex signa impletarum fortium, ex soluendi nexus rationem ostendissent. Postridic inde mouens, cum Ancyram (qua in Galatia est) profectus esset, Paphlagonum legati ad eum uenere, amicitiam pententes, seq; ex gentem suam in potestate eius futuram pollicentes. Id uero postulabant, ne eum exercitu fines suos intraret. Quod cum concessisset, eos Cale Phrygia praesidi parere iussit. Deinde Cappadociā petens, quicquid est eis Halym flumen, magnam etiam eius partem trans Halym cepit. Sabielaq; provincie praeposito, ad eas angustias quibus Cilicia aditur (Pylas incole appellant) procedit. Profectus ad eum locum, quem castra Cyri uocant, illius inquam Cyri, sub quo Xenophon egregius copiarum dux meruit. Postquam agnouit fauces illas:

Tarson interfecat : ac per loca pura effluens,
 nitidas & easdem frigidissimas undas uehit. ob
 eam causam Alexandrum neruorum dolore
 affectum , in uehementem febrim atq; insom-
 niam incidisse. Afferunt etiam ceteros medi-
 cos de salute eius desperasse, preter Philippum
 & carnarem : cui unum magno à se in honore
 habito , in his qua ad medicas artes pertineant,
 summarum fidem habebat. Hunc ad leuandam
 agititudinem , medicatam potionem regi ad-
 hibuisse. cumq; calicem regi traditurus esset, in-
 cerim Alexandrum per epistolam à Parme-
 nione monitum , ne Philippo salutem suam
 crederet , à Dario pecunia corruptum : quam
 ubi legit , accepisse manu calicem , epistolam
 Philippo legendam dedit. quo legente, Ale-
 xandrum medicamentum intrepide hauiisse :
 & in Philippo, quod nihil esset fraudis , statim
 patuisse. neq; enim in legenda epistola exte-
 ritum: sed id modo Alexandrum monuisse, ut
 eius consilii acquiesceret , si recuperare salu-
 tem cuperet: Postquam ex morbo convalescevit,
 & Philippo quantum fido haberet , & cate-
 ris in non facile admittendis suspicionibus
 quam constans esset, quamq; praterea ad mor-
 tem paratus , ostendit : post hac ad occupan-
 das portas, que Ciciliam ab Assyria dividantur,
 & insidios aditus Parmeniona permittit.
 pedis

peditatu sociorū Gracis mercenarijs ac Thra-
 cibus, quorum dux erat Sitalees, Thessalīsq;
 equitibus ei traditis. Ipse pōst ē Tarso digres-
 sus, primo die ad Anchialum oppidum per-
 uenit. Hanc urbem ferunt Sardanapalum
 Assyriorum regem condidisse. Ea uero, ut ex
 circuitu ac fundamētis patet, ampla olim
 urbs pollensq; fuit. Sardanapali sepulcrum
 iuxta moenia erat, in cuius fastigio eiusdem si-
 mulacrum conspiciebatur, ut in plausibus ma-
 xime fieri solet, manus collidens. Statue hac
 uerba erant, Assyriorum literis inscripta, eaq;
 metro, ut incole aiebant: hac inscriptionis
 sententia: Sardanapalus Anacyndaraxa
 filius, Anchialum ac Tarsum uno die condi-
 dit. Tu uero hospes comedere, bibe, lude, cum cere-
 rares humanae hoc plausu haudquam di-
 gne sint: eum sonum, quem manus in plausu
 commouerit, gestu designans. idq; lasciuo etiam
 Assyriorum vocabulo scriptum esse. Ex An-
 chialo solos Alexander peruenit, praesi-
 diumq; imposuit: oppidanis, quod ad Persas
 magis quam ad Gracos inclinarent, ducens
 argenti talenta imperauit. Dein cum tribus
 aciebus Macedonicorum peditum, sagittarijs
 omnibus, aeq; Agrianis, Cilicas, qui montes
 occupauerant, aggressus, intra septimum
 diem alios uic, alios uolnecate in potestatem
 reddeg.

redegit. Reuersus Solos, Orontobatem Persam
 (qui ~~et~~ licarnasī arcem, ac Myndum, prae-
 terea Caunum, Theram, et Calliopolim tene-
 bat) à Ptolemao et Asandro uictum acce-
 pit : accesserat ad uictoriam et Cos et Tripo-
 pium, quem Orontobatem magno prælio supe-
 ratum à se scripserant, cæsis de peditatu eius
 circiter septingentis, de equitatu ad quinqua-
 ginta, viuis præterea non minus mille captis.
 Post hac Alexander ~~resculapio~~ pro rece-
 pta salute gratias agens, sacrificiū factō, lu-
 dos Gymnicos ac Musicos edidit: Solensibusq;
 permisit, uti reipubl. administrationem in po-
 pularem statum commutarent. Quibus perfe-
 citis, et son contendit : equitatuq; Philota tra-
 dito, quem ad Pinarum amnem duceret, ipse
 cum peditatu et turma regia Magarsium
 profectus, Palladi Magarsi sacrificauit.
 Inde Mallum oppidum adiit: Ibiq; Amphi-
 locho, tanquam uni ex heroibus, sacrificium
 perpetravit. Seditioneq; compressa, qua inter
 ciues exorta erat, tributum quod Dario pen-
 debant, ijs (quoniam ea urbs colonia Argi-
 uorum erat) remisit. ipse enim ex Herculis
 Argui genere se ortum putabat. Cum ad-
 huc apud Mallos esset, renunciatur ei, Da-
 riūm cum omnibus copijs Sochos profectum,
 ibi statua habere. is uero locus terra Assyria,
 à portis Assyrijs (quas suprà memorauimus)

non plus bidui spatio abest. Conuocatis itaq;
amicis, que sibi de Dario exercituq; eius nor-
ciata essent exponit. Qui ubi cognoverunt nos-
multum abesse, ut eò sine mora ducerentur, hor-
zati sunt, quos Alexander laudatos, dimisi.
Inde postridie monens, porta acq; transgrosso,
sub Myriandrum urbem castra posuit. Ea ne-
rò nocte que secuta est, tetrica tempestas uche-
menti vento atq; imbri immixta cum exerci-
tum uexasset, ipsum in castris continuuit. Da-
rius interea cum exercitu consistebat: quia
eum Lycum castris delegerat, quem in omni
Assyria maximè patenti planicie ex aper-
tione undiq;, ex tanto exercitu, equitatu pre-
ferrim peropportunum existimabat. quem lo-
cum ne desereret, suadebat Amyntas An-
tiochi, ab Alexander transfigat: loci lacu-
dinem, multitudini atq; apparatu Persarum
conducere arbitratus. Ceterum multa Ale-
xandri mora, quam ex Tarsi propter agricul-
tinem fecerat, ex Solis: ubi Palladi sacrifici-
auerat, ludosq; celebrauerat, Cilicasq; mon-
tanos domuerat, Darium de sententia depu-
lit. Et Darius quidem suapte natura facile
credere, que sibi cordi essent. sed tum maximè
ab ijs persuasus, qui regibus non uilia, sed io-
cunda consulunt (certissima regnum po-
stis) Alexandrum iam non ulterius progre-
di existimauit: ex ob aduenitus sui famam

cum

cum tantis copijs, metu obtorpescere. adulantes enim alius atq; alius asiebant fore, uti uniuersus Macedonum exercitus ab eius modo equitatus conculcaretur. Amyntas unus ex omnibus ueritatis studens, uenturum Alexandrum, ubiunq; Darium esse audiret, affirmabat: suadebatq; Dario, ne ex eo loco castris ad pugna idoneo discederet. Ceterum deterior sententia, utpote auribus dulcion, peruidit. Sed siue deus, siue fortuna ipsum in eum compulit locum, ubi nec equitatus nec militudinis, nec telorum ac sagittariorum magnus illi esse usus potuit, nec ostentandi tantarum copiarum splendoris facultas: uerum qui Alexander hanc difficilem uictoriā praberet. Fatale erat, Persas Asia imperio à Macedonibus priuari: nec secus ac Medos à Persis, & Affyrios olim à Medis. Darius itaq; superato monte, qui non multum abest ab eo loco, quem Pytas Amanicas vocant (eae sunt angusta fauces) Iffon contendebat, ignarus Alexandrum iam tergo instare: eaq; urbe expugnata, quotquot Macedonas propter inuictitudinem ibidem relictos ab Alexander comprehendit, crudelē in modum uerberatos necari iussit. Postera die ad Pinarum annem processit. Alexander simulac audiuit Darium à tergo adesse, non satis credens, quosdam ex amicis in nauim impositos confestim ad-

f 2 uersus

bazum mittit, qui mercenarios recipiat, sed quod
illum in Memnonis locum sufficiisse nunc sit.
Pharnabazus traditis Thymonda militibus,
continuo ad Autophradatem nauigat: com-
municatoque consilio, Darame Persa cum naui-
bus decem in Cyclades misso, ipsi cum naui-
bus centum Tenedon petunt. Ingressaque por-
tum, qui Borealis appellatur, insularibus im-
perante, uti tabulas in quibus foedera cum Alexan-
dro ex Gracis incisa erant, deponant:
cumque Dario eam pacem habeant, qua per
Antalcidam conuenisset. Tenedenses, quam-
uis Alexandri amicitiam Dary amicitia
longè preferrent, tamen quoniam in eo rerum
statu difficile videbatur fernari posse, nisi inspe-
rata facerent, eo quod Egelochus (eius Ale-
xander mandauerat, uti classem rursus com-
pararet) nondum eas naues composuerat, que
possent obfessis opem ferre, metu magis quam
voluntate paruerunt. Dum hac aguntur, Pro-
teas Andronici ab Antipatro iussus, uti ex
Euboea ac Peloponneso naues longas cogeret,
qua insulis ex reliqua Gracie praefidio forent,
si force (ut fama erat) Barbari in eas oras cum
classe nauigarent: cum audisset Datamen cum
naibus decem ad Siphnum stare, ipse cum ui-
ginti naibus noctu Chalcidem ad Euripum
sitam defecur. postridie ad Cythnion insulam
appulsi naibus, cum diem ibi confianpsit, quo
de illis

de illis decem hostium nauibus certior fieret: simul ut per noctem impetu facto, Phoenicibus terribilior appareret. Postquam uero compertit, Datamen in nauibus Siphni esse, noctu inde mouens, sub auroram hostes improniso adoratus, octo ex eis naves plenas cepit. Datames cum duobus reliquis primo congressis in fugam uersus, ad aliam classem se recepit. Postquam Alexander Gordion peruenit, cepit eam (ut fit) uisenda arcis desiderium, in qua Gordij ac Mida filii regia erat: quo Gordiani currus ingum, ex iugi ipsis insolubilem (ut ferebatur) nodum inspiceret. Ingens enim fama de eo curru apud finitos erat: Gordium unum fuisse ex antiquis è Phrygia pauperem uirum, exiguum agrum habentem, ac præterea duo bovin iuga: cum uno quidem arare, eum altera res rusticas uehere solitum. Eo aliquando arante, aquilam in iugo confedisse, ibique ad uesperam permansisse. Gordium ostento territum, Telmiseos uates, prodigiorum interpres (quod diuinandi scientia tam foemina quam maribus eius gentis insita esset, quasi hereditaria) de ea re consulere statuisse. Cum in pagum quendam Telmisorum peruenisset, uirginis cuidam ad fontem proficisciensi obuiam factum, quid sibi euenisset narrasse: illam, que ex eo diuinatorum genere esset, uis eadem reuerteretur, Ioui que rega.

regi sacrificaret iussisse, letum augurium esse.
Gordium, uti secum proficeretur, ut scires
 quo'nam modo sacrificaret, orasse. fecutam uir-
 ginem: euanq; sacrificium uti iussus est, perfecis-
 se. quo peracto, eam in coniugem coepisse, ex ijs
Midam pucrum genitum esse. Qui cum in iu-
 rum formosum arq; præstantem euassisset, se-
 ditione inter Phrygas exortâ, remedium mali
 consulentibus, oraculum editum, currum ijs re-
 gem allaturum esse, qui seditionem tolleret.
 Suspensis hoc responso, *Midam* curru uectiam
 cum parentibus internuenisse, seq; in concilium
 ita ut erat in curru exhibuisse. Phrygas conie-
 clura ratos hunc esse quem sortes cecinerant,
 eum continuo Phrygia regem creasse. quo fa-
 ctio, seditione sublata, *Gordij* patris currunt
Ioui in arce suspendisse: graias ageniem, quod
 aquilam (que in tutela *Iouis* esset) augurio
 patri misisset, ex quo regnum adepero esset.
 Praeter hac et illud etiam de curru fama uan-
 guerat: Si quis eius iugi incognitum nodum
 aliquando soluisset, fore uti is totius Asia
 potiretur. erat autem id uinculum ex cornu
 arboris libro: tantaq; arte connexum, ut
 ipsius nodi neq; finis, neq; initium ullum exta-
 ret. Alexander id saepius manu uersans, non
 comperta nodi ratione, cum prorsus statuisse
 insolutum non linquere, ne ea res in religio-
 nem apud milites uertretur, ut quidā autores
 sunt.

fune, protinus ense discidisse: solution à se clausus. siue ut augurij sortem eluderet, siue quod nihil putaret interessē solutum'ne an discissum esset. *Aristobulus tradit*, clausum ab eo ex testimone, per quem clavis ipse traiectus vinculum continebat, reuulsū, atq; ita temoni detraetum. Ego uero quo'nā modo id egerit, in tanta scriptorum uarietate non ausim affirmare. Sed ita discessit à curru, q̄ qui cum eo erant, quasi oraculi fides impletā esset: secutaq; nocte proxima, tonitrua ac fulgura eam opinionem comprobauere. cuius rei causa postero die sacrificauit dīs, qui q̄ signa impletarum sortium, q̄ soluendi nexus rationem ostendissem. Postridie inde mouens, cum *Ancyram* (qua in Galatia est) profectus esset, Paphlagonum legati ad eum uenere, amicitiam petentes, scq; q̄ gentem suam in potestate eius futuram pollicentes. Id uero postulabant, ne eum exercitu fines suos intraret. Quod cum concessisset, eos Cala Phrygiae praesidi parere iussit. Deinde Cappadocia petens, quicquid est eis Halym flumen, magnam etiam eius partem trans Halym cepit. Sabictaq; provinciae praeposito, ad eas angustias quibus Cilicia adiur (Pylas incole appellant) procedit. Profectus ad eum locum, quem castra Cyri uocant, illius inquam Cyri, sub quo Xenophon egregius copiā dux mēnit. Postquam agnouit fauces illas:

illas nulido præsidio teneri, interruptumq; transiit, Parmenione cum granis armatura pediatur permanere iusso, ipse sub primam noctis uigiliam argyraspidas ac sagittarios ex Agrianos adducens, eo se confert, ueluti præsidium de improviso inuasurus. Nec tamen custodes omnino latuit eius, postquam appropinquare coepit, profectione. Sed prospere cessit audacia. nam ubi regem adesse cognouerunt, metu perculsi, locum repente deseruerunt. Quo insesso, postridie erumpente luce eum omnibus copys Pyras transgressus, in Ciliciam descendit. Hic ei nunciatum est, Arsamem, qui Tarso præerat, postquam audisset eum superatis angustijs in Ciliciam transisse, destituere urbem decreuisse: Tarsenses timere, ne ille prada cupiditate urbem diriperet, diremptam recliqueret. Quo cognito, Alexander equites ac pedes, quicunq; erant leuis armatura, propere Tarson dicit. De cuius aduentu Arsamem certior factus, urbe excedens ad Darium abiit, nullo prorsus detrimento ciuibus illato. Apud Tarson Alexander (ut Aristobulus tradit) præ nimio labore in aggritudinem incidit. Sunt qui tradant, excalafactum ac sudantem ex iuincre, præ desiderio recreandi corporis, sc̄e in Cydnium flumen proiecisse. Is amnis ex Tauro monte oriens, medium Tarson

Tarson interfecat : ac per loca pura effluens,
 nitidas & easdem frigidissimis undas uelit. ob
 eam causam Alexandrum neruorum dolore
 affectum , in uehementem febrim atq; insom-
 niā incidisse. Asserunt etiam ceteros medi-
 cos de salute eius desperasse , preter Philippum
 Scarnanem : cui unū magno à se in honore
 habito , in his quæ ad medicas artes pertinere,
 summan fidem habebat. Hunc ad leuandam
 agitudinem , medicatam potionem regi ad-
 hibuisse. cumq; calicem regi traditurus esset , in-
 cerim Alexandrum per epistolam à Parme-
 nione monitum , ne Philippo salutem suam
 crederet , à Dario pecunia corruptum : quam
 ubi legit , accepisse manu calicem , epistolam
 Philippo legendam dedit. quo legente , Ale-
 xandrum medicamentum intrepide hausisse :
 & in Philippo , quod nihil esset fraudis , statim
 paruisse. neq; enim in legenda epistola exten-
 ritum : sed id modo Alexandrum monuisse , ut
 eius consilijs acquiesceret , si recuperare salu-
 tem cuperet: Postquam ex morbo connaluit ,
 & Philippo quantum fidos haberet , & cate-
 ris in non facile admittendis suspicionibus
 quam constans esset , quamq; praterea ad mor-
 tem paratus , ostendit : post bac ad occupan-
 das portas , que Ciliciam ab Assyria diuidant.
 & insidendo aditus Parmeniona premittit .
 pedi

peditatu sacerorū Gracis mercenarij ac Thraci
 cibus, quorum dux erat Sitalees, Thessalijq;
 equitibus ei traditis. Ipse post e Tarso digres-
 sis, primo die ad Anchialum oppidum per-
 venit. Hanc urbem ferunt Sardanapalum.
 Assyriorum regem condidisse. Ea uero, ut ex
 circuitu ac fundamentis patet, ampla olim
 urbs pollensq; fuit. Sardanapali sepulcrum
 iuxta moenia erat, in cuius fastigio eiusdem si-
 mulacrum conspiciebatur, ut in plausibus ma-
 xime fieri solet, manus collidens. Statue hac
 uerba erant, Assyriorum literis inscripta, eaq;
 metro, uti incole siebant: hac inscriptionis
 sententia: Sardanapalus Anacyndaraxa
 filius, Anchialum ac Tarsum uno die condi-
 dit. Tu uero hospes comedere, bibe, lude, cum cae-
 re res humana hoc plausu haudquam di-
 gna sint: eum sonum, quem manus in plausu
 commouerit, gestu designans. idq; lasciuo etiam
 Assyriorum vocabulo scriptum esse. Ex An-
 chialo solos Alexander peruenit, praesi-
 diumq; imposuit: oppidanis, quod ad Persas
 magis quam ad Gracos inclinarent, ducenta
 argenti talenta imperauit. Dein cum tribus
 aciebus Macedonicorum peditum, sagittarij
 omnibus, atq; Agrianis, Cilicas, qui montes
 occupauerant, aggressus, intra septimum
 diem alios nō, abos uoluntate in potestatem
 redig.

redegit. Reuersus Solos, Orontobatem Persam
 (qui Alickarnassi arcem, ac Myndiam, pra-
 terea Caunum, Theram, & Calliopolim tene-
 bat) à Ptolemao & Asandro uictum acce-
 pit: accesserat ad uictoriam & Cos & Trip-
 pium, quem Orontobatem magno prælio supe-
 ratum à se scripserant, casis de peditatu eius
 circiter sepiungentis, de equitatu ad quinqua-
 ginta, viuis præterea non minus mille captis.
 Post hæc Alexander Aesculapio pro rece-
 pta salute gratias agens, sacrificiū factō, lu-
 dos Gymnicos ac Musicos edidit: Solensibusq;
 permisit, uti reipubl. administrationem in po-
 pularem statum commutarent. Quibus perfe-
 c̄tis, Zffson contendit: equitatuq; Philota tra-
 dito, quem ad Pinarum amnem duceret, ipse
 cum peditatu & turma regia Magarsium
 profectus, Palladi Magarsi sacrificauit.
 Inde Mallum oppidum adiit: Ibiq; Amphi-
 locho, tanquam uni ex heroibus, sacrificium
 perpetrauit. Seditioneq; compressa, qua inter
 ciues exorta erat, tributum quod Dario pen-
 debant, ijs (quoniam ea urbs colonia Argi-
 uorum erat) remisit. ipse enim ex Herculis
 Argui genere se ortum putabat. Cum ad-
 huc apud Mallos esset, renuntiatur ei, Da-
 riūm cum omnibus copijs Sochos profectum.
 ibi statua habere. is uero locus terra Assyria,
 à portis Assyrijs (quas suprà memorauimus)

f

non

non plus bidui spatio abest. Conuocatis itaque
amicis, que sibi de Dario exercituq; eius nar-
rata essent exponit. Qui ubi cognoverunt nos-
mulum absesse, ut eò sine mora ducerentur, hor-
rati sunt, quos Alexander laudatos, dimisi.
Inde postridie mouens, portasq; transgessus,
sub Myriandrum urbem castra posuit. Ea ne-
rò nocte que secuta est, tetrica tempestas uehe-
mentis uento atq; imbris immixta cum exerci-
tu uexasset, ipsum in castris continuuit. Da-
rius interea cum exercitu consistebat: quia
eum Lycum castris delegerat, quem in omni
Assyria maximè parenti planicie ex aper-
tum undiq; ex tanto exercitu, equitatui pre-
fertim peropportunum existimabat. quem lo-
cum ne desereret, suadebat Amyntas An-
tiochi, ab Alexander transfugia: loci latitu-
dinem, multitudini atq; apparatu Persarum
conducere arbitratus. Ceterum multa Ale-
xandri mora, quam ex Tarsi propter agricul-
turam fecerat, ex Solis: ubi Palladi sacrifici-
auerat, ludosq; celebrauerat, Cilicasq; mon-
tanos domuerat, Darium de sententia depu-
lit. Et Darius quidem suapte natura facile
credere, que sibi cordi essent. sed cum maximè
ab ijs persuasis, qui regibus non utilia, sed io-
cunda consulunt (certissima regnum po-
sis) Alexandrum iam non ulterius progre-
di existimauit: ex ob aduentus sui famam

cum

cum tantis copijs, metu obtorpedere. adulantes enim alius atq; alius aiebant fore, uti uniuersus Macedonum exercitus ab eius modo equitatu conculcaretur: Amyntas unus ex omnibus ueritati studens, uenturum Alexandrum, ubi cunq; Darium esse audiret, affirmabat: siadebatq; Dario, ne ex eo loco castris ad pugna idoneo discederet. Ceterum deterior sententia, utpote auribus dulcion, peruicit. Sed siue deus, siue fortuna ipsum in eum compulit locum, ubi nec equitacis nec multitudinis, nec telorum ac sagittariorum magnus illi esse usus potuit, nec ostentandi tantarum copiarum splendoris facultas: uerum qui Alexander hanc difficultem uictorianam praberet. Fatale erat, Persas Assie imperio à Macedonibus priuari: nec securus ac Medos à Persis, et Affyrios olim à Medis. Darius itaq; superato monte, qui non multum abest ab eo loco, quem Pytas Amanicas vocant (ea siue angusta fauces) Iffon contendebat, ignarus Alexandrum iam tergo instare: eaq; urbe expugnata, quotquot Macedonas proprie in uileitudinem ibidem relictos ab Alexander comprehendit, crudellem in modum uerberatos necari iussit. Postera die ad Pinarium amnum processit. Alexander simulac audiuit Darium à tergo adesse, non fatis credens, quosdam ex amicis in nauim impositos confessim ad-

f 2 uersus

uersus Iffon mitterit, percunctaturos an qua de
 Dario nunciebantur, uera essent. Qui celeriter
 profecti, ubi cognoverunt Persas ibi castra
 habere, sine mora ad Alexandrum rcuersi,
 Darium in manu esse retulerunt. Quo cogni-
 to, Alexander conuocatis ex templo exerci-
 tus ducibus, turmarumq; praefectis, ac foedera-
 torum ductoribus, eos bene sperare ex ijs qua
 sibi superioribus praelijs prospere euenissent,
 iubet: certam uictoriā in manu esse: Deum
 pro se manifestò pugnare, qui Darium impu-
 lerit, ut ex spatioſiſſimis campis in angustias
 exercitum duceret, ut suis fatis amplius ad ex-
 plicandas phalanges, caterosq; ordines locus,
 hostibus uero tanta multiudo ad pugnam in-
 utilis futura effet. ad hac neq; animo neq; ui-
 tribus pares esse, qui secum pugnaturi essent:
 Persas & Medos bellorum armorumq; de-
 fuetudine iam diu emollitos, Macedonas au-
 tem diuturnis laboribus ac periculis bellisq;
 exercitatos atq; induratos esse: seruos pra-
 terea cum liberis dimicaturos. Qui uero
 Graci contra Gracos dimicaturi essent, non
 eadem condicione dimicaturos. nam qui pro
 Dario essent pugnaturi, eos pro haud ma-
 gna mercede periculum pugnae subituros: qui
 uero pro se, hos uoluntarie pro gloria & sa-
 lute Graciae praeliavuros. Thraces, Illyrios,
 Paeonas & Agrianos fortissimos inter Euro-

pa pop

pa populos, contrà effeminatas atq; ignauas
 Asia gentes in acie staturos. Deniq; Ale-
 xandrum aduersus Darium ducem in pugna-
 fore. Et hac quidem Alexander: quo Mace-
 dones ac reliquis exercitus sciret, quantū Bar-
 baris in eo prælio præstarent. Ad hac pérí-
 culis quā magna præmia sint docet. nō enim
 se regulos modo Darij, eꝝ equitatum illum
 qui ad Granicum flumen ex aduerso steterat,
 eꝝ illa uiginti milia mercenariorum militum:
 sed omnia qua Persæ Mediꝝ tenent, queq;
 alia gentes Persarum regno subditæ incolunt,
 totam inquam Asiam, ipsumq; Darium uno
 prælio superaturos esse, nihilq; obstaturum post
 eam pugnam, quo minus subacta universa
 Asia laboribus suis finem imponant. Ad-
 monebat eos præterea rerum illarum, quas
 fortuer anteꝝ eꝝ præclarè gesserant. Sigillat-
 im uero, si quis quid strenue fecisset, suo
 quenq; nomine, seqꝝ periculorum omnium in-
 prælys socium eꝝ participem fuisse comme-
 morans. Fertur etiam Xenophontis admo-
 nuisse, decemq; illorum milium qui cùm co-
 fuere: eos tamen sibi neq; multitudine, neque
 existimatione comparandos esse, quod neque
 Thessalos, neq; Boeotios, neq; Peloponnesos,
 neque Thraces, neq; Macedonias, alium ue-
 equitatum habuissent: neque illos præterea
 sagittarios, aut funditores, præter paucos

f 3 quosd

quosdam Cretenses, et Rhodios, quos in ipso dis
cruamine Xenophon repente instruxerat: nihil
minus illos cum tam exiguis copys, regē tan
ta potentia subnixam, ante Babylonis moenia
in fugam uertiisse. In Euxinum deinde pontum
profectos, quacunque genies sese illis in uitore
obiecerunt, facile uicisse. Hīa præterea huius
modi adiecit, quæ à bonis imperatoribus ad
exhortandos milites in prælium memorari con
sueuerunt. Vbi finem dicendi fecit, tantus
omnian animos ardor invasit, ut statim contra
Darium se duci rogarentur: alteri dexte
ras danes, regemq; uerbis in cœlum extollen
tes. Tum Alexander corpora curari iubet,
præmissisq; quibusdam ex equib; ac sagit
tariis, explorandi itineris causa, ad angu
stias quas iam transierat, ea nocte que secuta
est cum toto exercitu ad eas rursus occupandas
proficiuntur. Quibus sub medianam noctem adi
cis atque insessis, reliquum noctis militi ad
quietem datum: custodibus, ubi opus esse uide
batur, diligenter dispositis. Erumpente luce, coe
pit ex montibus descendere, quā arctior erat
via, angustiorem aciem agens. Postquam in
aperta loca deuenientem est, exercitum tanquam
mox pugnaturus instruxit. In dextro cornu
sub monte regiam peditionem alam, atque ar
gyraspidas, quis praerat Nicanor Parmento
ris, uem Caeni ac Perdiccae cohortes locat, et

hī

Hè quidem ad medianum armatorum aciem pertinēbant. In sinistro cornu Amyntam, Ptolemaeum ac Meleagrum, cùm copys attributis staminis: & item Craterū, quem peditatui omni præfecerat. Sinistro cornu Parmenionem præponit, mandans, ne à mari procul recedat, neus à Barbaris (qui multitudine phalangem longe excessuri videbantur) circumueniri possit. At Darius simulac nunciatum est Alexandrum aduentare, instructa acie equitum ad triginta milia, Pinarum amnem transire iubet: & cum his uiginti milia leuis armaturæ pedites, quo reliquias copias commodius instruat: & primos quidem omnium Græcos mercenarios (ij circiter triginta milia erant) aduersus Macedonum phalangem constituit: ab utroq; latere Cardacos ad L. x. milia, quasi alas adiicit. nam & ij de numero armatorum erant. nec plures copias explicari in ordinem sicebat loci suus. At sinistra sub montem contrâ dextrum Alexandri cornu, armatorum circuerunt x x x. milia, hiq; partim à tergo Macedonibus oppositi erant. Montis enim in quo acies instructa erat pars in longum prominens, sumum quendam non fecus atque in litoribus flexu suo faciebat: qua pars cum in flexum tendaret, efficiebatur ut qui in postremis locati erāt, si post dextrum Alexandri cornu essent. Reliquam multitudinem tam uelutum quam armata

f 4 corum,

torum, pro gentium uarietate distributam, post
 Gracos mercenarios, Barbaros in phalangem
 redactos, nulli usui in longū direxit. ad sexcen-
 ta milia hominum in exercitu Darij fereban-
 tur. Alexander postquam ulterius procedens
 sibi locus aliquantum pandi cœpit, equitatum
 ex amicis, Thessalos uidelicet ac Macedonas,
 superinducit: atque in dextro cornu iuxta se lo-
 cat, Peloponnesibus ac sociorum equitatu in
 sinistro cornu concedere ad Armenionem ius-
 sis. Darius postquam acies instruxit, equites
 quos trans flumē locauerat, dato signo repente
 renocat: eorumq; maximā partem in dextrum
 cornu aduersus Armeniona (quoniam ab ea
 parte maior equorum usus) reliquam partem
 in leuum cornu aduersus montem mittit. Cumq;
 proprie angustias sibi in eo loco inutiles uide-
 rentur, permagnam corum partem in dextrum
 cornu obequitare imperat: Ipse regum Persa-
 rum more, inter duo cornua medianam aciem re-
 vebat. quod qua ratione fiat, Xenophon Gryl-
 li tradidit. Inter hac Alexander. cū animad-
 uerteret, totum fermè Persarum equitatum
 contra leuum suum cornu ad litus transla-
 sum esse, solosq; Peloponnesos & aliorum so-
 ciorum equites id cornu tueri: Thessalorum equi-
 tatum citatum post phalanges quam occultissi-
 me, ne ab hostibus uideantur, eò conferre se-
 inebat: atque in illorum locum ex equitatu an-
 secutus

securiores; quorum *Protomachus*: ex *Pae-*
nas, quorum dux *Ariston* erat. de peduariis
 uero sagittariis, quos praerat *Aniochus*:
 ex *Syrianos*, quos *Sitalus* ducebat: ac
 prater hos ex equitibus ac sagittariis, qua-
 mons inflexus erat, ad circumueniendum ho-
 stem iuxta montem postpositum constituit. qui
 dexteram partem phalangis tenerent, duo in
 cornua diuiss: quorum alterum aduersus *Dar-*
rium ex reliquo Persas transflumen stantes,
 alterum aduersus eos qui ad montem a tergo
 constituerant, spectaret. Ante sinistrum cor-
 nu dispositi erant ex peditaru *Cretenses* sagit-
 tarij, ac *Thraces*, *Sitalce* duce: ante hos equita-
 bus lauo cornu attributus, mercenarij milites
 primi omnium locati erant. Cumq; phalanx in
 dextro cornu constituta *Alexandro* haud sa-
 sis densa firmaq; uideretur, appareretq; Per-
 sas ab ea parte plus posse, *Peridam Mene-*
sthei, ac *Panordanum Cleandri* cum duabus
 amicorum turmis (quarum altera *Anthe-*
bisia, altera *Lagaea* uocabatur) continuo se
 transferre in eam partem clam hostibus pra-
 cepit: sagittariis ex *Agrianorum* parte, ac
 nonnullis *Gracis* mercenariis in dextrum cor-
 nu ad se traductis, ex in fronte collocatis, ul-
 tra Persarum cornu phalangem extendit.
 Postquam uero iij quos *Darius* in monte col-
 locauerat, non descendisse, perq; *Agrianos*
 f s ac pan

ac paucos quosdam sagittarios impetu factis
in iugum montis repulso animaduertit: arbi-
tratus est se se ea manu, quam aduersus illos
constituerat, ad corroborandam phalangem
uti posse, ac pro his trecentos modo equites ex
acie subductos, summitti satis esse. Hoc modo
instructos pro tempore milites suos Alexander
pederentim in hostem ducebat: ex quo
apparebat, facilem vitoriam fore. At Da-
rius neque Barbaros in hostem agebat, sed
mi ab initio in acie locauerat, ita in flumi-
nis ripa praestolabatur. qua quidem in plerisq;
locis prærupta atque adiuu difficultis erat, ex
scubi ascensu facilior nidebatur, frossas perdu-
cerat: ex quibus Alexandri milites illion-
iam animo captiuum se existimare suspicari
sunt. Postquam exercitus propiores factisunt,
Alexander obeando acies, suos hortari inci-
pit, non duces modo copiarum, cum magno
honore uerborum, sed alarum quoque
turmarum praefectos, nominatim singulos ap-
pellans: itemq; exteros et mercenarios mili-
tes, quicunque ob dignitatem aut præclariam
aliquid facinus nobilitati essent. Cumq; hac
ageret, ab omnibus sucllamatum est, morau-
tollendam, in hostes ruendum esse. quorum ar-
dore cognito, primo quidem quamvis in ho-
stium conspectu copia forent, gradatim tamen
ne propriæ festinationem phalangium ordo

dijter

disturbaretur, acies inducit. Postquam intra teli iactum uenient est, primè omnium qui circa se erant, ipseq; Alexander (qui dextrum cornu tuebatur) citato gradu ad flu men irrumpunt. Quorum audacia & strenuitate exterritis hostibus, ubi comminus pugnari coepit, parum recrimenti à sagittariis qui in aduersa ripa constiterant acceptione quod Alexander ante prouiderat. protinus enim ut ad manus uenient, qui in sinistro cornu Persarum erant, in fugam conuersi sunt. atq; ab ea parte hand dubie Alexander apparere uictor cœpit. At Graci Darij mercenarij dextrum Macedonum cornu dimissum conspicati (quod euenerat ex eo, quoniam Alexander cum primis amnem ingressus, Persas in aduersa ripa stantes disicerat, & qui sequebantur, medium circa amnem ingressi, propter riparum altitudinem nequaquam pari impetu hostes adorti, ordinem seruare non potuerant) quâ phalangem Macedonum disunetam uident, repente impetum faciūt. ibiq; acerrimè pugnatam, Persis adnitentibus Macedonas in flu men repellere, & fugientibus iam suis uictoriā recuperare: Macedonibus manifestā iam Alexātri uictoriā, ac uulgatam de se famā, quod innixa phalax esset, tueri conanibus. Ad hac Alexātri militēs inter Gracos ac Macedonas de gloria princeps

principatu certamen acuebat. In hoc primo congressu Ptolemaeus Seluci cum multis strenue fecisset, ex alijs ex Macedonibus non obscuri, ad cxx. ceciderunt. Inter hec sinistro Darij cornu in fugam uerso, dextrum Alexandri cornu in mercenarios atque exteros Darij milites conuersum, magno conatu hostes à flumine repellit: phalangeq; in longum producta, quam maxime Persarum ordines turbati erant, à latere in hostes inuehitur. At Persarum equites qui Thessalis opposui erant, Thessalorum turmas fortiter inuadunt, fitq; ualidum equestre pralium. nec prius Persae in fugam inclinare coepérunt, quam Darium pralio uictum fugisse. Darijq; mercenarios à Macedonibus caesos confixerunt. Tum uero manifesta ab omni parte Persarum fuga: eorundem equi ob id tardiores, quod sessores ferrent graniter armatos, passim feriebantur. quinetiam ipsorum equitum effusa fuga fugientium, haud pauci circa viarum angustias, dum alter alterum anteire contendit, iniicem obtriti, nonnulli à Thessalis persequenteibus easi sunt: quapropter haud minor equitum cades in fuga, quam peditum fuit. Darius ut primim animaduercit dextrum suorum cornu ab Alexandro dissipatum, inscenso currit cum ijs qui proximi erant, quam diu per aperios campos patrit, sive ab inseguenti hostile tu-

tatis

editus est. Postquam uero in loca asperiora ac
interrupta peruenit, relicto curru, et in eo cida-
ri, scuto atque arcu, consenso equo celeri fuga
inde elapsus, noctis interuenientem hostium ef-
fugit. Alexander capto Darij curru, et in eo
cidari atq; armis, ad exercitum se conuerterat.
Nec tamen Darium prius insequi cepit, quām
externos mercenarios ac Persarum equitatum,
à quibus phalangem distractam uiderat, pro-
cul à flumine repulso conspexit. E Persis ceci-
dere Arsaces, Rheomithres, et Atizyes, du-
ces equitatus in pugna qua ad Granicum a-
nnem commissa est: iucem Sabaces Aegypti
præses, ac Bubaces inter Persas clarus: et
preter hos ingens multitudo, ad centena pedi-
tum milia casæ. Ptolemaeus Lagi autor est, qui
pugna interfuit, eos qui Darium fugientem in-
sequebatur, per strata passim casorion hostium
cadavera sibi transsum quasisse. Castra quoq;
primo impetu capta, in quæs mater et uxor
Darij, eademq; soror, filius quoque parvulus,
ac dua filie, aliaeq; Persarum illustrium uxo-
res capte nonnullæ sumi. cateri namque Persa
uxores cum impedimentis Damascum mis-
erante, quò et ipse Darius maiorem pecunia-
rum partem emiserat, multaq; alia, qua ad
splendorem ac sumptuosos apparatus magni
reges portare consueverunt. quapropter in ca-
stris non plus tria milia talenta inuenitum. Ca-
serum

teriam et omnis pecunia mox à Parmenione
Damascum missa recepta est. Hic pugna ex-
tus fuit, imperante Athenis Nicostrato. Po-
stridie eius diei Alexander quanquam ager
aliquantum ex mulnere, quod in faemore acce-
perat, sancios innisi: casorianq; corporibus
diligenter conquisitus, ea magnificè sepeliri ins-
tit, uniuerso exercitu adstante ueluti ad pu-
gnam instructo: singulos laudibus efferens, quos
in pælio egregium aliquod facinus patrassè
uel uiderat ipse, uel ab alijs accepérat. pecu-
niias insuper unicuique pro dignitate distribuit.
Post hæc Balacro Nicanorius Cilicie prapo-
sito, qui erat unus è corporis custodibus, Me-
netem Dionysij in eiusdem locum deligit, Po-
lyperconte Simei in Prokemæ Selouci locum,
qui in pugna ceciderat suffecto. Solensibus ta-
lenta L. remisit, obsides restituit. Et ma-
trem, uxorem, ac liberos Darij non negligen-
ter habuit. Sunt qui tradant, ab insequendo
Dario reuersum, cum in tabernaculum (quod
Darij fuerat) se contulisset, audito non procul
inde muliebri ciularu, que nam e.e mulieres es-
sent quæsisse. cum esset responsum à circumstan-
tibus, matrem, uxorem, ac liberos Darij esse, si-
spicanes Darium mortuum esse, quod audiuff-
sent Alexandrum illius arcum, cedarim, ex-
scutum ex uictoria reportasse: misericordia com-
morans, confessum Leonnatum unum ex amicis
ad eis

ad eas misisse, qui nunciaret Dariom uiuere,
 arma autem ex cedarim ex scutum in currum
 cum fugeret ab illo relictam ad hac, ut regis
 more ac famulauit, regaliq; corporis calu ute-
 rentur, atque ut reginae appellarentur, permit-
 tere, non inimicitarum causa cum Dario, sed
 pro Asia imperio, pro gloria decertare. Et
 hac quidem Ptolemeus atque Aristobulus
 fama etiam tenuit, Alexandrum altero die
 postquam uicit, ad reginas cum uno ex amicis
 Hephaestione introiisse, matremq; Darii uter
 eorum rex esset dubitarem (neque enim dispar
 erat corporis habitus) Hephaestionem, quod
 appareret maior, prius salutasse, cumq; retroce-
 dente Hephaestione, quidam ex astantibus Ale-
 xandrum ostendisset, errore commotus pedens
 reprosisse, tum Alexandrum Nihil errasse il-
 lam, Hephaestionem enim Alexandrum esse.
 Hac ergo neque ut uera scripsi, neque ut ficta
 contempsi, sed si uera sunt, Alexandi erga re-
 ginas indulgentiam, ex honorem amico habitum,
 commendatione dignū existimo. qui etiam
 si ficta essent, ex rerum ipsarion scriptoribus
 meritis uiderentur, nō id quoque Alexandru-
 m laudandum putarem. Darius noctu pau-
 cis comitibus fugiebat, interdiu latens quiesce-
 bat. Ex Persis ac mercenariis, quos sua ser-
 uancrat colligens, congregatisq; ferme quatuor
 milibus, quam maximis poterat uineribus
ad

ad Thaspacum urbem ex Euphratē amnem contendebat, ut medius inter se ex Alexandrum amnis esset. Inter haec Amyntas Antiochi, Thrymondas Mentoris, Aristomedes Phereus, ac Bianor Acarnan, trāsfuga, cum octo ferè nūlibus hominū per montana fugientes, Tripolim (qua in Phoenice est) peruenierunt: ibiq; repertis nauibus, in quibus ē Lefbo aduecti fuerant, ex ijs captis atque incensis, qua satis esse ad importandos milites suos uise sunt, arrepta fuga in Cyprum abeunt: reliquis nauibus igni consuaptis, ne quos nauium copia ad insequendum inuitaret. Ex Cypro autem in Aegyptum nauigant: quo in loco Amyntas cum multa tentasset, ab incolis obruncatus est. Inter haec Pharnabazus ex Euophradates apud Chium moram fecere: ipsa insula præsidio firmata. aliquot præterea nauibus in Cœm ex Alicarnassion dimissis, ipsi cum reliquis centum nauibus egregie instructis Siphnum profecti sunt, quo cum tremi unâ Agis Lacedæmoniorum rex adueuit, pecuniam in bellum petens, atque uti unâ secum aliquot naues, ex in his terrestres copiae in Peloponnesum mitterentur. Inter haec ad eos nuncius affertur, rei ad Isson infeliciter gestâ. Quo nuncio exterriti, Pharnabazus cùm triremib; duodecim, ex mille quingenis mercenariis in Chium insulam reuersus est:

ostine quid forte incola ea clade audita innoverent, ueritus. Agis acceptis ab Autophradate talenis x x x, trirenibus decem, ea confessim per Hippia ad Agesilaum fratrem Tanarum mittit: mandatis traditis, ut integro stipendio nautis persoluto, quam primum in Cretam ad res ibidem ordinandas nauiget. Ipse in his insulis aliquantum commoratus, inde Alcarnassum ad Autophradatem abiit. Interim Alexander Coele (qua Syria est) Menonem Cerdime praefidem constituit: datusq; ei equitibus e sociorum copijs, quae provincia praesidio essent, ipse in Phoeniciam profectus est. Proficisciensi obuiam factus straton, Gerostratis regis Aradiorum filius. Gerostrates autem quemadmodum ceteri Phoenicum ac Cypriorum reges, cum Autophrade pro Dario mari rem gerebant. Straton: ut primum ad Alexandrum peruenit, aurea corona capiti eius imposita, Aradum insulae ex Marathon urbem, contra Aradum in continentis fitam, magnam ex opulentam, ex Mariannem ciuitatem, ex alia quacunq; divisionis sua erant, in Alexandri fidem porestatemq; tradidit: Cum adhuc Alexander ad Marathon effet, legati a Dario ad eum uenerunt cum Darij literis, orantes uti matre, uxore, ac liberos dimitteret. In ea epistola Darius admonebat amicitiae ac foederis, quod Philippus

pater cum Artaxerxe iunxerat: et in ipsi societate prius à Philippo violata, regnante Arse Artaxerxis filio, quē Philippus iniuste lacesisset, nulla de Persis iniuria accepta. Postquam ipse regnare cœpisset, Alexandrum pro conservanda ueteri amicitia & societate, quod facere debuerat, neminem ad se mississe. Se bcllum suscepisse suū tuendi, & paterni regni conservādi causa: pralij euentum eum fuisse, quem Deorum quispiam uoluit. nunc se Regem, uxorem suam, matremq; ac captiuos à Rege petere: uelle secum amicitiam & societatem iungere: ac pro his agendis orare, ut cum Menisco & Arsima legatis ad se aliquos mitteret, qui fidem in id darent arq; acciperent. Alexander nullo responso legatis dato, Thersipum unā cum his ire ad Darium iubet, qui epī stolam à se deferat. Ea epistola his uerbis erat conscripta. Maiores cui nulla ipsi iniuria à Gracis lacepsiti, in Macedoniam reliquamq; Graciam olim transgressi, magnis cladibus eā affecere. Ego uero iccirco à Gracis dux creatus sum, uti acceptas iniurias ultum eam: ob eamq; nem in Asiam traucci. Perinthū à uobis bello adiui, qui Philippo patri infesti erat: exercitus in Thraciam, qua modī iuris erat, ab Ocho missus. Ad hac Philippus pater ab his intersectus est, quos pecunia corruptios in eadem eius subornastis. quo tam nefario facinore.

nore, uel per epistolas uestras gloriari soletis.
 Ad hac Arse Bagoi auxilio à te necato, un
 de ad te regnum peruenit, neq; iuste, neq; secun
 dum legem Persarum regnas. Scripsisti ad
 Grecos de me hostiles fueras: eos ad arma con
 tra me capeſſenda, quanum in te fuit, cohorte
 ratus. arque in eam rem ad Lacedemonienses,
 & alios quosdam Gracorum pecunia misisti,
 quam tamen uni ex omnibus Gracis Lacede
 monij acceperunt: quo facto amicos ac socios
 meos à me distrahere atq; abalienare conatus
 es. His de causis aduersus te exercitū duxi, re
 cumq; instructa acie pugnaui. Itaq; cū duces
 tuos primū ac regulos, deinde te exercitūq; tuū
 pralio uicerim, possessionemq; Asiae dys con
 cedentibus adeptus sim: cumq; milites tui, qui
 ex acie seruati ad fidem mēā configuerant, uo
 lunt ariè mecum militent, (que res me Asia
 dominum esse declarat) ad me ipſe proficiſcere.
 Quod si metuis, mitte è tuis quos uelis, qui fi
 dem à me accipiant, tutam tibi profectionem
 fore. Ad me profectus, & matrem & uxor
 rem & pueros, & si quid aliud præterea uo
 les accipies. Cumq; poſthac ad me scribes, ad
 sue regem scribere te menineris: neq; tan
 quam ad parem, sed tanquam ad rerum tua
 rum dominum, si aliter feceris, ego de te tan
 quam de eo qui mihi iniuriam faciat, decer
 tam. Quod si de regno contradicis, mane, ac pro
 8 2 eo de



eo de pugna, neq; fuga confidas. ego enim quoniam
 cunq; ieris, tete prosequar. Hac ad Darium.
 Postquam autem didicit, omnem pecuniam
 quam Darius Damascum miserat, Cophenii
 Artabazi commissam, à suis captam, omnesq;
 Persas, qui eam cum cetera supellestile regia
 seruabant, eam Parmenioni Damascum repor-
 tandam ex custodiendam tradit. Legatos uer-
 ro Gracorum, qui ante pralium ad Dariū ac-
 cesserant, cum captos esse cognosisset, ad se mis-
 eri insit. hi erant, Euthycles Lacedamonius,
 Thessaliscus Ismenij, ac Dionysidorus Olym-
 pionices, Thebani: Iphicrates Iphicratis A-
 theniensis, qui dux copiarum fuerat. quos cum
 Alexander uidisset, Thessaliscum quidem ac
 Dionysidorum statim dimisit: tum miseratione.
 Thebanæ urbis à se diruta, tum quod uenia di-
 gni uiderentur, si patria sua per Macedonias
 inferuitum redacta, ipsi per Persas ex sibi
 ex patrie consulere conarentur. Priuatim uer-
 ro Thessaliscum ob maiorum reueretiam (erae
 enim inter Thebanos clarus) dimisit, Dionysi-
 dorum propriæ Olympiorum victoriam. Iphi-
 cratem urbis Athenarum ac patris gratia,
 quem magno in honore, quandiu uixit, apud se
 habuit: cuius etiam mortui ossa Athenas re-
 portanda ad suos curauit. Euthycrem autem,
 quod erat ex urbe sibi manifestò inimica atq;
 infensa, nec quicquam priuatim id eo uorans
 quod

quod illum uenia dignum apud se faceret: primo quidem in custodiā (citra uincula tamē) eradicidit, mox ut res prospere ire cœperunt, ex ipsum quoq; dimisit. E Maratho deinde monens, Byblon dedētibus oppidanis recepit. item Sidona, Sidonius eum odio Dary ac Persarum ultro accersentibus. Tyrum deinde proficiēti, Tyrios omnia facere paratos quæ imperasset, exposuit. Laudatos (erant enim hi ex primoribus ciuitatis: in quās Tyriorum ipsorum regis filius. nam rex Azelmicus cum Autophrodote Persarum duce coniunctis clasib; rem gerebant) renerti ad urbem iussit, Tyrijsq; renuntia re, uelle se urbē intrare, quā Herculī nota persoluit. Erat in ea urbe templum Herculis, memoria hominū uetusissimum, celeberrimumq;. non illius quidem Herculis, qui Argiūs fuit, Alcmena filius. Multis enim antē seculis Tyri celebatur Hercules, quam Cadmus ē Phœnicia profectus Thebas occupauerit; multoq; antē quam Semele Cadmi filia esset nata, ex qua Baechus Louis filius: Bacchus enim tertius ē Cadmo. Polydorus nanq; Cadmi filius, Polydori Labdacus, cuius temporibus ipse Bacchus claruit: Hercules uero Argiūs Oedipidis Lai temporibus. Cōlunt ex Aegyptiā aliam Herculem, neque eundem quem Tyri ex Grati. sed tradit Herodotus, apud Aegy-

ptios Herculem unum ex duodecim diis habent: sicuti ab Atheniensibus, Bacchum Iouis & Proserpine filium coli, alium ab hoc Dionysio: ex Iacchum mysticam huic Dionysio, non Thebano cantari. Quapropter Herculem illum qui apud Tartessos in Hispania colitur, à quo Columna nomen sumpserunt, Tyrū arbō ror: eo quod Tartessus à Tyrrys condita est, tem ploq; in ea urbe Phoenicum structura adifica-
to, Herculi sacrum faciunt. Geryonem uero, aduersus quem Hercules Argivus ab Eurystheo missus, ut boues eius abstractas Mycenæ duceret, Hecataeus historicus tradit nihil ad Theriam pertinere, neq; ad insulam ultam Erythiam in Oceano suam missum fuisse Hercules: sed Geryonis regnum in continenti fuisse, circa Ambraciā ex Amphilocos, indeq; Herculem boues abegisse, existimantem non esse hoc facinus inter labores suos contemnendum. Scio etiā his temporibus in ea regione pinguis pa- scua esse, ibiq; opimas boues pasci. Quapropter abductis inde bobus ab Hercule, gloriam Eurystheo accessisse existimant. Nec absurdū praeterea uidetur, illius prouincia regi Geryoni no men fuisse: præsertim cum Hispanorum nemo sit, qui id nomen sciat regibus suis fuisse, aut latas in ea prouincia boues gigni. nisi quis forasse ista de Junone confingat, tanquam per Eurystheum id Herculi mandauerit: ex per fabulosa

fabulosa figura id credi uelit, quod historie fidem decroget. *Huic igitur Herculi sacrificare se uelle Alexander dixit.* Quia postquam Tyriis renuntiata suna, catena quidem quae imperaret Alexander, se facturos responderunt: at neminem sine Macedonem sine Ferream in urbem admissuros. tanquam ita responderi deceret, ex quo ad incertum belli exitum, turum id consilium foret. Cum hoc decreto missus iterum ad Alexandrum legatis, indignatus rex, nullo responsu reddito, eos Tyrum reuertit iussit. conuocatisq; amicis ex copiarum ducibus, huiuscenmodi oratione usus est. Neque turum nobis esse video in Aegyptum iter, o amici ac socij Persis mare oblinientibus: neq; Darium persequi, relicta a tergo Tyriorum urbe, incerta erga nos uoluntatis: itemq; Aegypto ac Cypri, que Persis fauent. nam periculosius puto cum propter alia, tum maximè propter Gracos, ne si fortasse Persa maris imperium iterum sibi uendicent, maritimis oris occupatis, postquam contra Babylonios ac Darium processerimus, ipsi para ta maiori classe bellum in Graciam transferant: præseriat cum Lacedemonienses nobis iam aperte inimici, pro hostibus armas suscepimus: Athenienses autem in hoc ruruß patu, metu magis quam benevolentia erga nos

aut studio quiescant. Quod si Tyrum cœperimus, uniuersa Phœnicia in potestate nostra erit: naualisq; Phœnicum potentia, qua maxima ac ualidissima Persæ utuntur (id quod uerisimile est) ad nos tota transferetur. neq; enim Phœnices, populares suos siue nauales socios siue remiges, urbibus suis in potestatem nostram redactis, pro Persis pugnare patientur. Ad hæc, Cyprus aut siue uia ad partes nostras accedet: aut nobis eò cum classe proficiscenibus, facile expugnabitur. Comparataq; classe ex Macedonia ac Phœnicia accedētibus Cypris, maris imperium facile adipiscemur: atq; ista nostra in Aegyptum profectio cion exercitu nobis & expeditior fuerit, & tutior. Aegypto autem in potestatem nostram redacta, nihil nobis de Gracia & de domesticis rebus suspectum relinquetur: Babylonicamq; expeditionem securitate domi parta, maiori exigitatione persequemur: postquam totum mare continentem, que ad flumen Euphratrem pertinet, à Persarum dominatu abstraxerimus. Hac cum dixisset, ut Tyrus oppugnaretur persuasit. Mouitq; non parum milites, quod in somnis se uidisse retulit. namq; ipsa nocte per quietem sibi uisus fuerat ad Tyri muros accedere, & ab ipso Hercule porrigente dexteram in urbem intromitti. Quod Aristander interpretat

pretatus ait, futurum uti caperetur *Tyrius*: ceterum laboriosam expugnationem fore: quam Herculis opera laboriosa essent. Nam magni et difficilis cuiusdam operis expugnatio *Tyri* videbatur. urbs enim praterquam quod in insula sua erat, atq; undiq; mari circufusa, altis moenibus muniebatur. Et quoniam oppugnatio maritima erat, id *Tyri*s opportunitas aliquato videbatur, Persis adhuc imperium maris obtinentibus: præsertim cum ipsis quoq; *Tyri*s multarum nauium potestas esset. In tamen tamen difficultibus fortunam experiri, omnibus placuit. Ante omnia ex continenti ad urbem aggerem perducere instituit. Qua littori proxima, admodum profunda sunt: quondq; interiaret mare, limosum ac uadosum est. Se proprius urbem, quæ altius est, tris summum cibitos in altitudinem patet. Sed magna erat lapidum copia, materiaq; quam lapidibus congestis infererent. Vallum autem difficulter, ut pote in tenaci limo, iacebat. luto quoq; suapte natura, ueluti cōpages quadā, lapides interiectos cōglutinabat. Ad hanc accedebat et Macedoniam studiū, et *Alexandri* præsentia, ac singula quæq; designatis cura, cū segnior res ad opus uerbis excitaret, strenuiorū labore laudibus lenaret. Et sanè quam diu prope continentē agger productus est, opus haud difficulter

g s ter

ter procedebat. nam et in parua maris aliis
dine Macedones facile moliebatur, et qui opus
impediret nullus erat. Postquam uero in pro-
fundiora loca peruentum, et appropinquari
oppido coepit, cum opus facientes ab oppi-
danis e muro lederebantur, quoniam ad opus ma-
gis quam ad pugnam instructi erant: cumque; à
Tyriis diversis aggeris partibus inuestis feri-
rentur, plerique locis moliendi aggeris positas
crepita erat. Quod Macedones conspicari, duas
continuo turrem ligneas quae agger plurimus in
mare processerat, machinis in ipsis dispositis
excitant. Ad hanc turrem corio crudo circumte-
gunt, ut neque sagittis ignem inferentibus ex mu-
ro incendi possent, et opus facientibus aduer-
sus Tyriorum naues ac sagitarum ielus munimē-
to forent. Quia cum Tyrii animaduertentes, talia
ipsi e contra machinari sunt. naues ornerar-
iam sarmenitis aridis atque alia huiusmodi ma-
teria quam primum explent, duobusque nana-
ribus matis in prora arreptis, quantum nauis
substante posset, ex eadem materia circumpo-
nunt: saucibus deinde compluribus interiectis,
omnia pice ac sulfure, ceterisque incendia alien-
ibus affatim oblinisunt. ad hanc ab utroque ma-
lo binas antenas per transuersum suspendunt, a
quibus olla pendebant pice ac sulfure replete.
quoque prora suspenderetur alius, imposito one-
re puppim degranant. His compositis hem-
is (qua)

eo (qui ad aggerem impellebat) de industria ex-
 pectato, nauem ipsam triremis attigatam,
 remulco pertrahunt. Postquam uero operi ap-
 propinquauere, igni continuo materie iniecto,
 quanta maxima ui possunt ad extrema agge-
 ris nauim propellunt. haud mora, uis ingens
 flamme rupris antemnis. sulfure ac pice late
 incendia iactantiibus, turres ac tabularia com-
 prehendit. Ad hoc malum accedebat, ut non
 posset quis iuto propter Tyriorum naues ag-
 geri appulsus, ad extinguendum incendium ac-
 currere. Praterea oppidanorum pleriq; turres
 incensas intuiti, scaphis continuo insensis in-
 diuersas aggrediri partes ferebantur. nulloq;
 quod ante aggerem Macedones iecerant, haud
 magno labore dissipato, qua ignis nov artige-
 rat opera comburunt. Quibus rebus animadi-
 ueris, Alexander cum rursum aggerem ex-
 truere deliberasset, milites comportare mate-
 riā iubet: quoq; plures turres caperet, latio-
 rem aggerem instituit, machinas igni corru-
 ptas reficit. His diligenter preparatis, ipse cum
 argyrapidum manu ex Agrianis Sidonem
 uersus profectus est: eo consilio, ut ubi quas ha-
 bebat triremes cogeret. quoniam difficultis ex-
 pugnatio nidebaratur, Tyriis mari potemibua.
 Inter haec Gerostratus Aradiorum, atque
 Erylus Bybliorum reges, certiores facti, urbes
 in potestate Alexandri esse, deserto auto-
 phra

phrodato (qui rei maximè praeerat) ad Alexan-
drum cum suis ac Sidoniorum classibus
profecti sunt. Itaq; ex Phoenicia naues circu-
ter LXXX. Alexander preter spem affue-
re. Per eosdem dies ex à Rhodis triremes de-
cem, in quib; una, quam Peripolium vocabant,
exstant hac alia nouem: item ex Solis ex
Mallis tres, è Lycia decem ad Alexandrum
uenere, Ex Macedonia quoq; naus una re-
morum quinquaginta, cum Protea Andro-
nici, eius prefecto. Et paulò post Cypriorum
reges, cum naubus centum uiginti Sidonem
conuenere, ubi Darium apud Issum pralio ui-
elum fugationq; cognoverunt: Phoenyciae deu-
tæ fama concorrui. quibus Alexander facile
ignouit, quoniam necessitate magis quam vo-
luntate Persarum partes securi in bello uide-
bantur. Interim Alexander dum opera refi-
ciantur surmæq; navales exercentur, assianptis
aliquot equitum turmis, Agrianis præterea
ac sagittariis atq; scutatis, ad Antilibanianum
montem (qua regio in Arabia est) contendit.
eiusq; regionis populis partim ui, partim vo-
luntate in deditioñem receptis, decimo post
quam discesserat die Sidonem redit. ubi Ale-
xandrum Polemocritis, adductis mercenario-
riam militum milibus quatuor, ex Pelopon-
neso reuersum reperit. Parata classe, cion ar-
gyraspidum manu, qua sibi satis uisa est ad
nanal

manalem pugnam, sicut cum hostibus dimicandum foret, Tyrum petit. ipse dextrum cornu, quod in mare longius extenderat, et cum ea Cypriorum ac Phoenicum reges prater Pythagoram, quem cum Cratero lauo cornu praefecerat, rubeamur. Tyri prius classe freri, naualib[us] pralio congregati decreuerant. Postquam uero intuiti sunt tantam nauium multitudinem instructa acie aduentare (nondum enim audierant Phoenicum ac Cypriorum classes ac Alexandrum conuenisse) simul aggressus cum apparatu agebatur. nam antequam ad oppidum applicaretur, naues Alexandri scese in alto, continuerunt: tum inde instructae, cum hostes non obviarent, magno impetu aggrediebantur. qua cum Tyri uiderent, nauali pralio abstinuerunt: coniunctisq[ue] triremibus, portus fauces obsidere constituerunt. Postquam Alexander nullas Tyriorum naues prodire animaduertit, propius urbem accedit. cumq[ue] eum portum qui ad Sidonem uergit desperaret a se capi posse propter angustias faustum, ac Tyriorum naues contrarijs proris oppositas: tres ipsarum in extremo sitas Phoenices adorti, continuo deprimunt. Tyri, qui inerant, propter urbis propinquitatem nando seruati sunt. Post hec Alexander haud procul ab aggere iuxta littus, qui locus a uiuentorum tutus uidebatur, classem adigit. Postero die Andromachum.

Cypri

Cypriorum nauibus prepositum, quò ad Sidonem uergit, obsidere urbem imperat: Phoenices ultra aggerem locat, ab ea parte qua Aegyptum respicit, ubi ex tabernaculum cius possum erat, ex iam collectis è Cypro ac Phoenicia fabris compluribus, multa machine confecta erant: quarum aliae in aggere collocatae, aliae onerariis nauibus quas è Sidone duxerat, nonnulla triremibus paulo tardioribus imposita. Perfectis omnibus, continuò ex aggere simulac nauibus, muros urbis quarti imperat. Aduersus hac machinamenta Tyrij in superma murorum parte, contra aggerem linea turres excitauerant: ex quibus si quam in partem opera applicabamur, iaculis aq; igniferis sagittis appropinquantes terrebant. Erat autem murus urbis ab ea parte, qua ad aggerem spectabat, pedes circiter c. l. in altum patens: latitudine autem, qua altitudini responderet, ingentibus saxis gypso interlitis. ad hac Tyrij ingentem lapidum congeriem profundo mari iniecerant, quò hostilium nauium sub muros accessionem impedirent. quapropter non erat integrum Alexander, nauibus oppido appropinquare. Quo cognito, Alexander ante omnia Bruem demoliendam, lapsusq; è mari extrahendos curauit: quod opus ex nauibus aq; efficietur. Ad hac Tyrij adductis nauibus aliquot, ad eundam supernos hostilium ictus collectis.

rebus, triremium funes quibus ancorae alligatae
 erant, praecidebant. ex quo fiebat, uti Macedo-
 num naues inhaerere ancoris non possent. Quo
 usq; Alexander, naues complures x x x. re-
 morum circumvenerunt, et iactis ancoris, statuie
 aduersus Tyri arum nauum impetum. Sed nec
 sic quoq; obstat potuit Tyriorum artibus. ho-
 mines enim affueri conchas et alia huiusmodi
 sub aquis legere profundo mari, improviso nan-
 tes, anchoras praecidebant. Quod cum animad-
 uerteret, ferreas catenas profunibus anchoris
 adalligari precipit: ad hac lapides uncis
 comprehensos ex aggene pertrahunt, dissipatae
 strue: atq; in profundiorem partem, ne quid
 amplius obiectu suo nocere possent, machinis
 prosciunt. sublati inde lapidibus, naues haud
 difficulter muro appellebantur. At Tyri tan-
 tis rerum angustys oppressi, Cypriorum naues,
 que portum ad Sidonem conuersum obside-
 bant, adorari decreuerunt. Multo itaq; ante
 ex ipso portu uela pandentes, ne hostes consi-
 lia sua intelligerent, circuer meridiem (quo
 tempore et Macedonum naute ad necessaria ab-
 ierant, et Alexander relicta classe a con-
 traria urbis parte tabernaculum se contule-
 rat) tres quinqueremes, quadriremes totidem,
 triremes septem, remigibus ac naualibus so-
 cijs dilectis, qui maxime nauali pugna pra-
 starent: primo quidem singula leue et tacite
 caccie

cateris ex ordine sequentibus, aduersus Cyprias feruntur. Postquam uero appropinquari coepit, se se inuicem exhortati, cum ingeniti clamore ac remorum impulsu hostes inuidunt. Forte fortuna eo die contigit Alexandri nimis diu solito in tentorio morari, ac cito quād Tyrij opinarentur ad naues reuerti. interim Tyrij Cyprias naues improviso adorti, alias uacuas, alias in ipso tumultu raptim egrediq; armatas, Pythagora regis, itemq; Androclei Amathusij ac Pasicratis Thuriensium quinqueremes primo impetu mergunt, cateris in litus repulsi. Quod ubi Alexander accepit, confessim naues (prout quaq; armata erat) portus ostia obfidere inbet, ne cui amplius hostilium nauum egrediendi potestas esset. ipse cum quinqueremibus quas habebat, ac triremibus quinq; urbem circumuectus, aduersus Tyriorum naues uelociter contendit. Quod qui in muris erant conspicati, cum non possent a suis exaudiri, propter eorum tumultum qui in opere occupati erant, per alia atq; alia signa adesse hostes docebant: qui sero tandem intellectare, cum arrepta fuga portum repeterent, paucæ eorum naues Alexandri aduentum preoccupauere. cetera ad nauigandam inhabiles redditæ, quinqueremi ex item quadriremi una in ipso ore portus capti. Exdēs haud magna fuit: propterea quod Tyrij;

Tyriū ut naues captas uidere, hānd diffīcūlter
intra portum nando euaserunt. Postquām
Macedones nullum amplius nauium usum
Tyriis esse cognouerunt, continuo machinas
muro admouent: qua pēr aggerem torren-
ta uehebantur, quoniam murus ab ea parte
crassior erat, non multum Tyriis oberant. Tīq;
Macedones, qui ad eam partem oppidi loca-
ti erant, qua ad Sidonem uersa est, quidam na-
uibus opera portantes muro admouerunt. Sēd
cum neq; hāc quoq; res procederent, Alexander
omnia machinamenta ad eam urbis par-
rem qua ad notum spectat, & ad eam qua
uergit ad Aegyptum tentatis omnibus trans-
portari imperat. Et hāc quidem primum mu-
rus aliquantum quassatus ac diritus est. Intra
continuo iniectis pontibus summo conatu m-
gressus est: ceterū Macedones à Tyriis
presi. Tertio ab hoc die Alexander māris
tranquillitate de industria expectata, exhor-
tatis ducibus machinas propius admouet: qui-
bus cuon muri parte disiecta, lateq; quassata,
naues duas (quibus tormenta uehebantur) re-
trahi præcipit: duas uero quibus pontes infere-
bantur, adduci. & alteram quidem earum ar-
gyraspides, Admeto duce: alteram Cœni mi-
litēs habuere. Ipse quacunq; sese facultas of-
ferret, cum argyraspidum manu muros scande-
re paratus, triremes aliquot ad uerrungs por-

nam circumferri iubet: si quā force possent, Tyrijs circa defensionem occupatis, clām oppidum intrare. Naves prēterea, quæcunq; aut tormentorū tela, aut rectè sagittarios portabant, muros circumire, & ubiq; opportunitatē be-
ne gerende rei daretur applicari: atq; intre-
sellū iactum, si propius subire non possent, consi-
stere: ut undiq; oppressi Tyrijs, in tantiis difficultatiis,
quō sc̄ uerteret, in ambiguo essent. Ap-
pulsis muro nauibus, ponibusq; iniectis, arge-
raspidis, primisq; omnium Admetus, strenue
mūrum transcedunt: nec procul inde Alex-
ander laboris ac discriminis particeps, atque
alienae virtutis spectator hortatorq; aberat. Re-
pulsis Tyrijs, simulac Macedones stabili loco
pedem figere cœperunt, murus captus est. Ad-
metus dum alios ut inscendant hortatur, lan-
eza trajectus interiit. Post eius muro Alexander
der curribusq; interiectis, per ipsum murum uer-
sus regiam (quā facilior in urbem descensus ui-
debat) contendit. In hoc rerum successu Phœ-
nices, qui portum ad Aegyptum conuersum
obsilebant, reuulsis claustris, hostiles naues ag-
gressi, alias in ipso portu, alias in terram pul-
sus deleuerunt: ex altera parte Cyprū per por-
tum ad Sidonem spectram, nullo monumen-
to sepium, inueniti in urbem, & ipsi impetu
faciunt. Oppidanī simulac murum captionem con-
spexere, eo repente deserto congregati, & in-

Aegypti

*Agenorium (ita cum locum appellabant)
profecti, sese in Macedonas conuertunt: aduer-
sus quos Alexander cum argyrapidum ma-
nu aduolans, alios occidit, alios fugientes inse-
cetus est. Magna etiam cedes ab Coeni militi-
bus è portu urbem ingressus edebatur. Grassa-
bantur enim partim in Tyrins Macedones ui-
tores, indignati longiorrem obsidionis morans-
tum quod illi captos paulò ante aliquot è suis
dum è Sidone nauigarent, ne à se spectarentur
in murian urbis perduelos, crudelissimeq; iugia-
butos in mare, præcipitanterant. Tyriorum cir-
citer octo milia imperfecta. ex Macedonibus
præter Admetum, argyrapides xx. in totas
autem obsidione, ad quadringentos cecide-
re. Tyriorum autem principibus utris - *et*
Azelmico regi, legatisq; Carthaginensium
qui pro ueteri consuetudine ad sacra Herculis
facienda profecti, in eius templum capita urbe
confugerant, uenient data: ceteros Alexander
pro seruis haberi ac uenundari iusserit. Hè
ad xxx. milia fuere. Post hæc Alexander
ob rem bene gestam Herculi uota persoluit,
cum exercitu nauibusq; instructis, ludiis gymno-
cis editis: tormentum, quo primum oppidi mu-
rus disiectus fuerat, aeternum uictorie sua mo-
numentum, uauimq; Tyriam Herculi conse-
cratam, quam prelio nauall ceperat, in tem-
plo suspensa condidit. Thubum inscripnum stet*

b a ipse,

ipse, siue alius quispiam fecerit, quoniam mihi
hanc uisus est memoratu dignus, indignum exi-
stimauit quem huic operi infererem. Capta est
autem *Tyrus*, Aniceto *Athenis* summum
magistratum obtinente. Interim dum *Tyrus*
obsidebatur, legati à *Dario* ad *Alexandriam*
uenere, nunciantes *Darium* decem milia talen-
tum polliceri, si matrem, uxorem ac liberos di-
mitteret: ac praeter eam pecuniam, quicquid
terrarum inter *Euphratem* & *Hellespontum*
iacet. ad hanc, si filiam in matrimonium duceret,
sibi amicum ac socium fore. Qua cum ad am-
corian consilium *Alexander* retulisset, senten-
tias eorū exquisitis. *Parmenionem* dixisse fe-
runt: Se quidem, si *Alexander* esset, condicio-
nem non aspernaturum: neq; amplius, cum fi-
nis belli adesset, discrimina belli subiturum.
Alexandriam uero respondisse: Et se quidem
accepturum ea fuisse, qua offarentur, si *Par-
menion* esset: se, qui *Alexander* esset, aquam
esse *Alexandro* digna praestare. Itaq; respon-
dit legatis: Se neq; *Dary* pecunia egere, neque
partem eius prouinciae uelle accipere, que to-
ta sua esset. esse enim suum, & argentum, &
omnem terrarum tractum, quem sibi ille polli-
ceretur. filiam eius si uxorem habere cuperet,
id etiam non concedente *Dario* sibi integrum
esset. ueniret igitur ad se *Darius*, si quid sibi
concedi exoptaret. Qua postquam à legatis
Dario

Dario sunt renunciata, desperata pace, rursum in bellum incubuit. Postquam Alexander in Aegyptum cum exercitu proficisci instituit, ex cetera quidem Syria, illius quae Palestina appellatur, oppida absq; ui in eius fidem uenere, prater Gazam: retinente Bate eunicho urbis praefecto, qui id ueritus, multo ante Arabas mercenarios praesidio imposuerat, annona ceterisq; ad diuturnam obsidionem necessarijs cum cura preparatis, fretus maxime naturali urbis munimento, Alexandrum uenientem non recipere decreuerat. Abest autem Gaza à mari non plus x x. stadijs, accessu quidem propter arenæ altitudinem difficillimo. Ad hanc mare urbi propinquum, passim uadoum: ipsa urbs ampla: in tumulo sita, ualidoq; muro circundata: euntibus ex Phoenicia in Aegyptū ultima que incoleretur, uasta solitudini proxima. Quò postquam Alexander peruenit, castris sub urbem positis, quæ murus sibi maxime expugnabilis uifus est, tormenta comportari iubet. Et quamvis essent quicunque censerent, eam urbem propter aggeris altitudinem ui capi non posse: ipse tamen aliter sentire se aiebat. tanto illam facilius expugnari posse, quanto minor eius expugnanda facultas appareret: opus ipsum, facti audacia ingentē hostibus admirationem ac stuporem allaturū. Quod si ea urbs à se capi non possit, tā apud Gracos, quām

apud hostes de existimatione sua non parū de-
tracturum. Imprimis igitur perducendū agge-
rem, urbemq; circumuallandam censuit, ut ope-
ra ex aquo muris applicari possent: quaq; ad
austrum spectabat, quoniam murus expugnare
facilior videbatur, aggerem extrui imperauit.
qui postquam in idoneam altitudinem excre-
sse uisus est, continuo tormenta mōenibus ad-
mota sunt. Inter hac Alexandro corona capē
ei imposta sacrificanei, cum pro ritu sacrificij
libasset, auis quedam ex eo genere qua præde
affuescunt, aram præteruolans, cum lapis quem
forte unguibus ferebat excidisset, caput ciue
percussū. Quod prodigium Alexander haud-
quaquam negligendum ratus, cum Aristan-
drum consuluissest, responsum quidem fore, uis
urbis à se caperetur: ceterum quod immineret
periculum, cauendum esse quo audito, sese intra
teti tactum continebat. Ceterum ut uidit A-
rabes eruptione facta in opera ignem inferre,
ac supernè pugnantes Macedonas loco infe-
riores facile ferire, iamq; propemodum ex arge-
re deturbare: siue uatis manu negligeret, siue
periculo suorum motus uaticinu oblitus foret,
assumpta argyrapidum manu, quā maxime
Macedones premebantur, auxilio accurrūt:
eosq; ne turpi fuga aggerem atque opera desili-
uerent, presencia sua conuinxit. Dian prope-
ras scuto ac thorace catapulta trajecto, in hu-

mero

mero uulnus accepit. cumq; Aristandri uari-
ciniu[m] de periculo uerum esse comprobasset,
quanquam uulnere affectus tamen Lazarus est,
quod & illud euenterum p[ro]curauit, uti urbs a se
expugnaretur. Interim alia tormenta mari
ad se conuicti iuber: ea uidelicet, quibuscum Ty-
rannus paulo ante expugnauerat: aggeremq; car-
ca urbem perduci diuum stadiorum longitudine,
edutudine uero centu[m] quinquaginta pedu[m]. Tor-
mentis in aggere dispositis, murus quassari co-
pit suffosisq; cuniculis terra clam egesta, ne ab
hostibus uideretur, murus pluribus in locis
eueriebatur, subsidebatq; propter exinanitiones
subterraneas. Macedoncsq; iaculis oppi-
danos e turribus propugnantes repellebant. &
oppidani quidem iter Macedonum impetum
fuerinnerunt, plerisque suorum intersectis ac
scucijs. Et cum postea Alexander phalan-
ge undiq; admota, alibi muram suffosum euer-
teret, alibi tormentis quateret, ita ut non diffi-
cile Macedonibus uideretur, admotis scalis ur-
bem intrare: animis deficere coepit. Tamq;
scale muro pa[re]sim applicabantur. cumq; iner
Macedonas gloria uidos certamen esset, quis
eorum primus scaderet: Neopelemus ex Aea
cidariorum gente praelata, unus ex amicorum
manero, scandendi initium fecit. Post hunc aliq
aque aliq, transgressis in urbem compluribus,
portioq; alibi atque alibi distractis, uniuersue

b 4 exer

exercitus in urbem irruit. Nec tamen in tanto-
casu Gazenses pristina virtutis memores; pu-
gnare desliterunt. quin etiam periculis se se-
ferentes, utim repellere conabantur. Iaq; omnes
(tanteus fuit animorum ardor) in eo quo stete-
rant loco pugnando uitano amiserent. Quorundam
postea uxoribus ac liberis seruituti mancipa-
tis, atq; in urbem finitimi inductis; Alexander
eo oppido dein, tanquam belli arce, in eam
expeditionem usus est.

ARRIANI NICOME
DENSIS DE REBUS GESTIS
ALEXANDRI MAGNI RE-
GIS MACEDONVM
LIBER III.



ALEXANDER inde in Aegyptum profectus, quo prius
iter intenderat, septimo die, ex
quo à Gaza mouit, Pelusium
peruenit: naualibus copijs è
Phœnicia in Aegyptum nauigantibus: ubi
naues ad Pelusium stantes repperit. Inter haec
Nazares Persa Aegypti preses, cum de Dara
ry apud Isson clade ac turpi fuga accepisset;
præterea Phœniciam ac Syriam ac pleraque
Arabia oppida in potestatem Alexandri
venisse: neq; eas copias habere, quibus se quere-
tur

etur. *Alexandrum in eam prouinciam, atq; in his
urbibus amicè recipi iussit, Alexander itaque
sine certamine Pelusium ingressus, prasidium
imposuit: naualibusq; copys flumine subiecti
Memphim iussis; ipse Heliopolim uersus con-
tendit. Eunti ab dextra Nilus erat, dedentibus
se incolis, per quos uer faciebat. Per desertum
Heliopolim, inde uadato flumine Memphis
peruenit: ubi tum cateris diis, tum precipue
Apidi sacrificauit, gymnicis ac musicis ludis
editus. Sub idem tempus magistri certaminum
Graci, qui cateris gloria prestatabant, ad eam
uenere. Ex Memphis deinde secundo flumine
deuictus, ad mare descendit: ex cum ea nau-
ibus imposui argyrapides, Agriani, sagittarii,
et amicorum turma, que regia appellatur.
Deinde Canopum profectus, ac Marco
rida paludem circuncelus, eō se cœulit, ubi nūc
*Alexandria sita est. Eius loci fitus, ei maxime
opportunus condenda urbi uisus est: futuram il-
lam opulētam, que ibi conderetur, animo pra-
sagiens. Huius praelati operis desiderio incen-
sus, designare urbem coepit: ubi forum adifican-
dum, ubi templa extuenda, quoī ue, ex quibus
diis Grecis, ac prater deos Gracos Isidi
egyptia: postremo, quā murus circunducondu-
isset. Sacrificanti extra prosperos rei euictus por-
tenderunt. Fama etiam tenuit, idq; non incre-
dibile midatur: cum ueller Alexander urbem,**

b s *desi*

designare, nec haberet qui cum terra deserviretur, quā sulcus ducendus esset, monitum à quodam fabro, mōnūm̄ ambītū farina inspersisse. Hanc urbem uates, ex imprīmis Arīstān drum Telmīscion, qui multa alia uera Alexāndro pradixisset, contemplato sūm̄ dixisse feruntur: tunc ceteris rebus, tunc frugum copia fœlēsem fore. Dum hac aguntur, Aegylochus ex Aegypro reuersus, Alexāndro nūnciat. Tene denses ad se Persis descimisse, quibus coacti permanerāt. Chios quoq; ab eorū dominau se nondicisse, quos Pharnabazus ex Euophradae, præsidio reliquerant. Quin ex ipso Pharnabazum comprehensum, atque in custodiā eradicatum. Arīstonicum quoq; tyrannum Lebium captum, cum in portum Chij, cion nauibus quoq; piraticis se receperisset, signarus à quibus porus teneretur: eam clausum, qua clausa porus obsidebat, Pharnabazi esse existimantem, piratas omnes ad internitionem casos: adducere se Arīstonicum, ex Apollonidem Chium, Physinumq;, ex Megareum, ac reliquos qui defectioni ad Persas auores, Chios res pro libidine agitabant. Ad hanc, Chariti Mitylenas, quas in potestu habebar, crepus esse. cetera Lesbiorum oppida, sua uoluntate in deductionem uenisse. Amphorarum à Coris accorsū, cum L. x. nauibus ex profectum, scīj: dum in Aegyptum navigat, insula ipsam

in Aegyptum

in Amphoteri potestare iam esse, certiorum
 factum, capinos omnes ad se adduci, preter
 Pharnabazon: qui unus deceptis custodibus
 clam fugisset. Alexander his laetus, tyrannos
 remisit: Chios cum Apollonide in Elephanti-
 nam urbem duci, ibi q; asseruari præcepit. Post
 hac Alexandrum desiderium coepit adeundi
 Ammonis Lybici, eius oracula deposcendi,
 que cerea esse pernulgatum erat, sed uel maxime,
 quoniam Perseus atque Hercules ipsius
 deum consulturi adiisse cerebamus: Perseus, quo
 tempore adversus Gorgona à Polydekte: Her-
 cules, cum in Lybiam contra Amnum, in
 Aegyptum contra Busyridem proficiisci ab
 Eurystheo iussus est. Erat Alexandro amu-
 latio quedam cum utroque, de honore & glo-
 ria, cum ex eadem stirpe esse se uellet. nam &
 ipse originem suam in Iouem referebat: quem
 admodum poetarum fabula, Persei atque Her-
 culis Iouem ipsum patrem finxere. Hoc itaque
 consilio ad Ammonem proficiebatur, tan-
 quam originis sue certior futurus. Iter faciens
 ad Paracrium usque secus mare, per deserta
 Lybie, ad mille sexcenta stadia non omnino
 inaquosa, ut Aristobulus ait, profectus est:
 Inde a mari recedens, ad Messagabam oppi-
 dum, ubi erat Ammonis templum, se con-
 vertit. Est autem ea omnis regio inulta, ac
 deserta, alio fabulo pleraque omnia operiente:

Gr in

et in primis aquarum inops. Cumq; profic-
scente eo largus imber cœlitus effusus esset, ad
diuinam eius originem relatum est. Et hoc quo-
que non minus solet namque austor, cum loca
illa perflat, arenas undique concitas circum-
ferre, atque omnia uiarum uestigia delere:
nec secus atque in uasto pelago iter facienti-
bus, errorem inducere. Neque enim signa
ulla extant: non mons, non tumulus, nullæ
denique arbor, ex quibus proficiscentes, uelui-
nautæ ex siderum annotatione, coniectare
iter possint. Itaque uento obrutis arenarum
mole, uiarumq; uestigij, errabat exercitus:
ducesq; ipsi itineris incerti erant. Dum ita la-
borarent, dracones duos ante agmen ire con-
spectos Ptolemaeus scribit, quos ueluti duces
itineris sequerentur: atque ut diuinitus missos
crederent, Alexander iussit: ab ipsis iter ad
amnum demonstratum esse, idemq; ab ipsis
in redditu factum. Aristobulus uero, cui plu-
res assentiunt, scribit cornuos duos ante exer-
cition uolitantes ire uisos, sese itineris duces
præbuisse. Ego uero affirmare ausim, aliquid
diuinitus Alexandro apparuisse. est enim ne-
risimile ita contigisse regi, ad summam glo-
riam nato. Assuerare autem quo'nam po-
tissimum modo diuinitus adiuuus sit, propter
corum qui ista scripsere discrepaniam non
possim. Locus in quo Ammonis templum
suum

sicum est, uastas undique solitudines habet.
 interiacent arenae, aquarum mira inopia, ager
 in medio arenarum exiguis: quippe ubi larior
 ad quadraginta maxime stadia extenditur.
 olearum palmarumq; ac ceterarum cultarum
 arborum ferax, rosidus solus ex omnibus cir-
 cumiectis. Ex eo fons manat, ceteris omnibus
 fontibus natura dissimilis. sub lucem repentibus
 aquis manat, in meridie frigidus, uespere calet,
 media nocte feruidior: postea deinde deferue-
 scere incipit, ac sub exortum diei rursum tepit
 dus oritur. atque ita per singulos dies ac no-
 ctes, aestus ac frigoris uices uariat. Gignit au-
 tem id solum suapte natura salam, quo plena
 palma contextas cistulas templi sacerdotes re-
 gibus muneri in Aegyptum ferre consueve-
 runt. ingentia frusta effodiunt, & quidem cry-
 stalllo simillima. Hoc genere salis utuntur in fa-
 crit Aegyptij, aliaeque gentes, quibus diuini cul-
 tus cura est: ut pote marino sale puriore. Ale-
 xander loci naturam admiratus, ueneratusq;
 oraculum adiit. acceptoq; responso, sibi (quem-
 admodum ipse dictabat) grato: Aristobulo
 autore, eadem qua uenerat via Aegyptum
 repetit. Ptolemaeus autem scribit, cum also quo-
 dam rectiore itinere, quo ad Memphis itur, re-
 uersum esse: eoq; loci multas ad eum legiones
 ex Gracia uenisse: nec quenquam eorum, qua
 se postularentur, nacrum remisisse. Praeterea
 ad eum

ad eum accessere milites ab Anipatro mercenarij. Graci circiter quadringentis: quis praerat Menas Hegesandri. ex Thracia propinquingenti, quibus Asclepindorus Eunici praeerat. Tum sacris Ioui regi perfectis, cum exercitu armis instruendo consuetos ludos celebravit. Deinde ad res Aegypti ordinandas conuexit, duos ibidem praesides constituit, Dolospes ac Petism. Inter quos cum totam Aegypti regionem diuideret, Petise partem respuente, totam Dolospidi concessit. Praesidiis principes ex amicis constituit: in Memphis Pantaleonem Pydnacum, Pelusij Polemonem. Megaclei Pelteum. Exteris militibus Lycidan Aerolum praefesse uoluit: scribam, Eugnostum Xenophantem, unum ex amicorum numero: iisque praefecit Aeschylum, ex Ephippian Chatcedonem: Lybie finitima, Apollonium Charinij: Arabia, que est ad urbem Heroum. Cleomenem Ecna eratum proposuit, mandatis traditis, uti eius provincie principes suis legibus uti, ac liberos esse permitteret, tributa modo exposceret. Duces copiarum, quas in Aegypto reliquerat, Peucestam Marcatui, ex Balacron Amynste, statuit. Polemonem Therameni, classi praefecit: atque in Balacri locum, qui erat unus e corporis custodibus, Leonnati Onati suffecit. pro Annuba ex Antiocho sagittariorum prefectus, qui mortem obierant, Ombrionem

Cre

Cretensem sagittariis praesesse noluit. Foederatorum pedibus, quorum Balacrus duxit erat, cum esset illos in Aegyptio relicturus, Calanum dacem dedit. Diversisse autem Aegyptum in plures duces fertur, ideo quod naturam regionis ex munimenta admirantib; sibi haud satius tuorum uidoretur, rantae provinciae gubernacula uni committere. Romani quoque mihi uidentur Alexandri exemplum in tuenda Aegyptio fecuti, neminem Senatorij ordinis, sed equestris, pro consule eò mittere. Subuenire uere Alexander in Phoeniciam iter ingressus, Nilo, eiusq; flumini fossis apud Memphis ponte coniunctis, Tyrum profectus, ibi classem repperit, Herculi uero sacrificium rursus ac ludos egit. Inter hec ex Achenis legati Dionphanus ex Achilles accesserunt, ex cum his à Paralis legatis hi sunt Acheniensis ora incole) quibus, quae petiere, facile concessit. Acheniensibus, qui ad Granum ex suis capi fuerant, gratias nemissi sunt. Cionq; ei renunciarum esset, res in Peloponneso perturbari, Amphoterum Peloponnesibus auxilio mittere decrevit, ijs qui constantes in Bello Persico Lacedaemonibus aduersi erant. Phoenices ex Cyprios centum naues, præter eas quas habebant, parare iussit. Amphoteri q; duce classis Peloponnesum petitur e designato, ipse interiora petens, ad Thapsacum ac flumen Eur-

phras

phratrem proficisci batur. Et in Phœnicia quidem Copanum questorem, in Asia Taurum Philoxenum constituit. Pecuniarum quas penes se habebat, Harpalus Machata paulò ante ab exilio reuerso, et illorum in locum sufficeret. custodiam mandauit. Hic ipse Harpalus propter suam in Alexandrum fidem, Philippo adhuc regnante è Macedonia fugerat: et secundum eadem de causa Ptolemaeus Lagi, Nearchus Androtini, Ereyus Zarichi, ac Laomedon eius frater. Erat enim suspectus Philippo Alexander postquam Olympiade Alexandri matre dimissa, Eurydicen cepit uxorem. Mortuo autem Philippo, hi ab exilio reuersi sunt. Ex his, qui sua causa exilium subierant, inter corporis custodes Ptolemaeum Lagi retulit: Harpalum, quod corpore imbecillo ad res bellicas minus aptus uideretur, thesauris prefecit: Ereyum equitatus sociorum ducem, ac Laomedonem eius fratrem, quoniam duarum linguarum peritus erat, quantum ad litteras barbaras attinet, captiuis barbaris: Nearchum Lyche, ac toti regioni finitima, ad Taurum montem præposuit. Paulo ante prælium, quod ad Isson commissum est, Harpalus persuasus à Taurisco, homine improbo, cum illo fugerat. Et Tauriscus quidem in Italiam ad Alexandrum Epirotam profectus, ibi uicem finiit. Harpalus autem cum Megaris

v.

substè

substituisse, persuasus ab Alexander, ut ad se
 reueretur, accepta fide, fugā sibi haud frau-
 di fore, ad eum rediit: nec solum illi ignoruit Ale-
 xander, sed etiam questorem instituit. In Ly-
 dia Menandrum, unum ex amicis, misu:
 Clearcho externis milibus, quorum Menan-
 der ductor erat, præposuit. In Arimma locū,
 sclepiodorum Eunici Syrie pafecit: idco-
 quod Arimma sibi uisus esset, in præparandis
 necessarijs exercituit, interiores Aegyptii par-
 tes petens, superbo se ac pro rege gessisse. Per-
 uenit aut̄ Alexander ad Thapsacum, Ari-
 stophane Athenis remp. administrante: ubi
 duobus pontibus innelu uadim roperit. nan-
 que Mazaeus, cui Darius annis tuncelam man-
 dauerat, cum tribus forcē milibus equitum, in-
 quis duo millia mercennariorum transitum ob-
 sidebat. Cumq; pons ad ulteriorem ripam non
 pertingeret, nonnihil ueriti sunt Macedones,
 ne qui cum Mazao trans flumen erant, supple-
 to ponte in se imperium facerent. Ceterum Ma-
 zaeus, ut sensu Alexandrum his locis appro-
 pinquare, arrepta protinus fuga, cum omni
 præsidio inde abiit. Quo digresso, confestim
 pontibus suppletis, et in ulteriorem ripam
 expositis, omnis exercitus sine periculo ab
 Alexandro flumen traductus est. Inde inte-
 riora Mesopotamiae petens, progrediebatur.
 Ab Iena flumen Euphrates, atque Arme-
 nia

nia montes erant: atq; ideo haud procul à flumine, non quā Babylonem iter est, quamuis ea via esset rectior, exercitum agebat. quoniam hac maior & pabuli, ex rerum necessariarum copia suppetebat, & minus adius gradientes fatigabat. Proficiscens, ex quibusdam de exercitu Darū speculatoribus in iūnere captis cognitis, Dariū ad Tigrim amnum cum exercitu consedisse, uti cum transitu prohiberet, multoq; maiores copias habere, quam superiore prelio in Cilicia habuisset. quibus auditis, celeriter mouens, ad Tigrim contēdit. Sed neq; Dariū natus est, neque presidium, quod Dariū ibidem reliquerat, itaq; amnum difficulter quidem, proprius cursus rapiditatē, ceterum nemine prohibente, uado reperto traiecit: fessoq; ex iūnere exercitui aliquārum quietis dedit. Fuit autem per eos dies ingens luna defēctio. quapropter Alexander Luna ac Soli, & item Telluri, à quibus eclipsim generari ferunt, sacrificium instituit. Quam quidem rem Aristander contemplatus Macedonibus atque Alexander prosperam fore, eoq; mense cum Dario pugnandum, extaq; uictoriam Alexander promittere assuerauit. Dilegessus inde Alexander, per Assyriam ducebat, à sinistra habens Sogdianorum montes, ab dextra Tigrim. Quarto post transiū die, exploratores, quos praeuicratae, renunciane apparere in campis equites;

equites: quantum autem eorum numerus esset, non possem comprehendere. Procedenti deinde cum instructo exercitu, tanquam ubiq; pugnare, alij quidam speculatores ulterius progressi, non plus mille equites a se usos affirmabat. Quo auditio, confessim assumpta turma regia apparata, & aliera quam amicorum vocabant, & antecursoribus Paeonibus, eò aduolat, reliquis copijs moderatus sequi iussis. Quod cum Persarum equites anim aduerterent, illico ciuius equis fugam arripiunt. Quoq; insecurus Alexander, quosdam quos equi in fuga deseruunt, occidit: careri incolumes evasere. Ex ceteris cognouit, Darium cum ingentibus copijs haud procul inde abesse. Aderant Dario Indi, Bactrianus finium: ipsiq; Bactriani, ac Sogdiani, quorum omnium Bessus dux erat. Bactrianorum satrapes. Hos sequebatur Sacæ, ex Scythis oriundi, ijs qui Assiam incolunt. nec tamen hi sub imperio Besi erant: sed proper societatem, qua sibi cum Dario erat, cum Besso accesserant. Eos ducebat Mabacces, atque hic omnis equitatus arcubus in prælio uocatur. Barsætes Arachotum satrapes, Arachotos, & montanos Indos: Satibazanes Ariorum præses Arrianos ducebat. Parthos, Hyrcanos, ac Topirios, qui omnes equites erant, Phrataphernes agebat. Medorum Astrocates dux erat: cū Medis Cadusij, Albani, et

i 2 Scœfina

Scēsīne ī nocti erāt. Rubri maris accole Orontē
dabati, Ariobarzani, arq; Oxini ducib; pa-
rebant. Vxios, ac Susianos, Oxanhes: Bupas-
res Babylonios agebat. Anaspasticas, ac
Sittacini cum Babylonis coordinati erant.
Orontes q̄ Mihransta Armenijs, Cappa-
docibus Ariaces praeerat. Syros, tam Cœlesti-
ram incolentes, quām ex omni reliqua Syria,
qua inter duo flumina sita est, Mazaus rege-
bat. Totius autem exercitus Darij numerus
esse screbatur, equitum x l. peditum ad decies
centena millia. ad hac currus falcati c. c. ele-
phantī x v. iijq; ex ea parte Indie, que cis In-
diū flumen sita est. Cum his copys Darius in
Gaugamelis ad Bumadion annem castra fe-
cerat. Aberat autem ab Arbelis ad sexces-
ta maximè stadia, plano undique q̄ patienti
campo. omnia nanq; circuicata Persæ aqua-
uerant: ut esset is locus q̄ curribus agendis,
q̄ equitatu habilis. Erant autem qui Da-
rium monerent, se propter locorum angustias
ad Isson superarum esse: idq; Darius facile cre-
didit. que postquam Alexader ex speculato-
ribus Persarum captis didicit, in eo loco ubi ea
nuntiata sunt, nullo ac fossa communis, que-
eridū sibi ad exercitus quietē sumpsu. Dein-
de statuit, sarcinis q̄ inutiliore milite in ca-
stris relictis, ipse cum bellicosis, nihil prater ar-
ma portansibus, prælio decernere. Noctu itaq;
copys

copys eductis, circa secundam uigiliam monit:
 eo consilio, ut in ortu lucis hoste inuaderet. ac
 postquam Dario nuntiationem est. Alexandri
 aduentare, confestim exercitum ueluti mox pu-
 gnaturus in aciem instruit. Idem Alexander
 facit. Distabant castra à castris, l. x. fermè
 stadijs. Alexander ubi in hostium conspectum
 uenit, phalanges iubet subsistere. conuocatisq;
 amicis, ac ducibus exercitus, turmarum praese-
 tis, sociorum & item mercenariorum ducibus,
 consultationem, num continuo ex eo loco (id quod
 plures suadebant) phalanx agenda in hostem
 esset: an, quod Parmenio censebat, castris posi-
 tis perscrutandum, num insidia subesset, num
 exitus patrere, num fossa connecte, aut clavis
 ab hostibus humili obrusi uspiam laterent, nam
 etiam ordines hostium certius agnoscendi. Cumq;
 in Parmenionis sententiam itum esset, castra
 ibidem posita, instructis copys non securis, ac que
 si continuo dimicandum foret. Deinde Ale-
 xander assumpie leuis armatura militibus,
 & equitatu amicorum, eum locum in quo erat
 pugnaturus; in circuui lustrat. Reuersusq;
 conuocatis denno copiarum acque ordinum du-
 eloribus: Non oportere, inquit, illos cuiuspiam
 oratione ad pugnam accendi: satis horum
 iam diu esse per eorū virtutem, & grecia
 facinora se numero edixa. id modo rrogare.
 ut quisque eorū ordines sibi commissos

i 3 cohort

cohorteatur atq; admoneat, quanæ huius pñ-
 gna premia furora sint. Nō iam Cœlœsyriam,
 Phœniciam, aut Aegyptum, ut prioribus pre-
 blys: sed uniuersam Asiam, uictorie precium
 fore. Appariturū facile uno certamine, ueros
 in Asia regnare necesse sit. Non oppotere
 illos multis uerbis ad decora ex glorioſa ope-
 ra excūari, cum per ſe ſaeis ipſi excūari incen-
 fiq; uideantur: ſed tantum, ut unicuiq; cura ſit,
 in pugna quid ſe deccat anima aduertere. Silen-
 tio utendum, quando ſilencio opus ſit: rurſus
 clamore utendum, cum clamare oporteat. Ad
 hac, ut celeriter, ubi opus ſit, mandata ſua ex-
 cipient, excepta in ordines transmittant. tum
 ut ſibi quifq; apud animum proponat, quem
 admodum ducion negligentia res in diſcrimen
 adduci ſolent, ita adhibita diligentia feruari
 conſuēſſe. Simil monet, ut in eam partem, quā
 uel à ſuis neglectam aut desertam, uel in qua
 multos defeffos pugnando uiderint, conimmo
 ſubſidia ſubmittant. His atq; huiuſmodi uer-
 bus exhortatis confirmatisq; ducibus, ſretus co-
 rion virtute, milites eorum corpora curare, et
 que indulgere quieti iubet. Ea nocte, qua ſecu-
 ra eſt, Parmenio ad eum in tabernaculū proſe-
 cens, admonuſſe fertur, ut per noctem inopinat-
 es hoſtes innaderet: quod nox terrorēm altam
 va eſſet. Cui Alexander clarè ſit à circumſtan-
 tibus audiretur: Victoria furari ſurpe eſſe,
 manif

manifestò ac sine dolo uincendum. Aique
hec magnifica eius uox, non arrogancia, sed
fiducia esse astimata est. Is autem mihi uideatur
sapietissima ratione hac in re usus. multa ete-
nū solent per noctem cōtingere, ex quibus in-
terdum efficitur, uti fortiores succumbant, im-
becilliores preter spcm uictoriam adipiscan-
tur. Ipsi quoque Alexandro in pralys nox
periculosa uidebatur: simul uerebatur, si Da-
rius à se iterum uinceretur, ne nocturnus ille
congressus Dario necessitatem confuendi au-
ferret, se & minus peritum ducam, & minus
strenuos bello milites habuisse. Ad hec, si quid
aduersi sibi praeter ratiōnē accidisset, hosti-
bus quidem omnia loca circumiecta amica,
sibi uero inimica & infesta fore: illos omnis
regionis peritos, se ignarus esse. Cumq; non
parvus esset in castris captiuorum numerus,
fore uti ab his per noctem inuaderetur: non
solens si in pugna succumberent, sed etiam
si non strenue uicisse uiderentur. Ob hac igi-
sur aique huiusmodi, nec minus de sui fi-
ducia, qua ad aperte pugnandum adductus
est, Alexandrian laudandum puto. Si Da-
rii exercitus, conspecto Alexandro, quoniam
castra sibi parum munera uidebantur: simul
quod metuebas: ne ab hostile pereceris: totā no-
tē instructa acie insomne egis. Et sancē si quid
i. 4. Persie.

Perfis maximè obfuit, mora illa in armis longior & metus fuit, qui ante magna pericula mortalium animos subire solet: ille quidē non repete exortus, sed multo anticē meditatus. Instruxerat autem hoc modo exercitum Darius. nam post pugnam (Tristobulo auctore) inueni sunt libelli, in quibus ordo eius descrip̄tus fuerat. Sinistrum cornu Bactriani equites tenebant, & cum his Dac, & Arachori. post hos Persae equites, ac pedites commixti. Proximā erant Susi: Susios Cadusū sequebantur. Et hic quidem sinistri cornu ordo erat. Dextrum autem Cœlcsyri, ac Syri, qui inter duo flumina incolunt, tuebantur. his Medi adiuncti erant: deinde Parthi, ac Sac̄: secundum hos Topyri. atq; Hyrcani: his proximi Albani, ac Sac̄: fini: & hi usq; ad medianam phalangem pertinebant: medianā aciem ipse Darius, regisq; consanguinei regebat, & in ea locati Persae Melophori, Indi, & Cares Anaspasti, ac Mardas sagittarii. Vix uero, & Babylonii, & maris rubri accolae, ac præter hos Sutacini post primam aciem constituti erat. In sinistro uero cornu, contra dextrū Alexandi cornu, ante alios locati erant equites Scytha ac Bactriani circiter mille, ac currus falcati centum. Elephanti circa alans regionem, & currus ad quinquaginta. In dextro autem cornu Armeniū equites, & Cappadoces, curruoq; falcati quinquaginta.

quinq̄ta ante acies stabant. Graci uero mercenarij Dario proximi erat, ex̄ c̄m his Persa, regem medium tuentes, Phalangi Macedonum oppositi, tanquam ipsi soli Macedoniam phalangem uirilē exaquearent. Alexāder autem ita suos instruxit. Dextrum cornu tuebantur equites ex amicis. ante hos ala regia, cui Clitus Dropidi praerat. Huic adiuncta erat Glaucij, deinde Aristionis turma, deinde Sopolidis Hermodori: post hāc Heracliti Amiochi, proxima huic Demetrij Althemiis: hanc sequebatur turma Meleagri. ultima uero regiarū, cui Ege洛chus Hippostrati praerat. totius autem equitatus amicorum Philotas Parthenionis princeps erat. Phalangis uero Macedonica, qua equitibus coniuncta erat, prima acies argyrapidum fuit, quorum Niconor Parthenionis dux erat: secundum hos Cœnæ Polemocraticis ordinem statuit: deinde Perdicca Orōtis. huc accedebat ordo Meleagri Neoptolemi, deinde Polyperconis Simmia, postremo Amynta Philippi: hūc regebat Simmias, ex eo quod Amyntas in Macedoniam ad dilectus habendos missus fuerat. Sinistram phalangis partem Macedonum Crateri Alexandri ordo tuebatur, qui lauo peditum cornu praerat. adiuncti erant foederatorum equites, quis Erigynus Larichi praerat. hos proxime sequebatur uersus lauum cornu Thessali equi-

equites, quos Philippus Meneli ducebant. Unus
nervis autem sinistro cornu Parmenio Philote
propositus erat, circa quod Phascliorum equi-
tes locati, multi illi quidem numero, ac fortissi-
mi ex Thessalico equitatu. Per hunc maximè
modum Alexander à fronte instruxit acies.
His autem ex alteram superadiecit, atq; ita
instituit, ut phalanx anceps esset: tradicis
mandatis eius ducibus, ut si uiderent, exerci-
tum à Persis circumiri, subito conuersi, Bar-
barorum impetum exciperent. Flectentes ne-
rò, sicuti illos necessitas cogeret, aut longius
extenderent aut coarctarent aciem. Quo ad
dextrum cornu, consequenter locati erant iuxta
alam regiam, pars Agrianorum, quos Ae-
calus ducebat: ex cum bis Macedones sagit-
tarij, quis praerat Briso. Sagittarijs adiun-
cti erant ij, quos ueteranos exieros nuncupa-
bant, quorum dux Cleander erat: supradictis
autem Agrianis ac sagittariis antecursores
equites, ac Paones, quos Arces atque Afri-
sto ducebant. Ante omnes adstabant merce-
narij equites, Menida duce. Sed ex ante a-
lam regiam ac caseros amicos, constituerant
pars Agrianorum ex sagittariorum, ac Ba-
lacri iaculatorum: hiq; aduersus falcatos Da-
rij currus dispositi erant. Menida, ex his quos
circa se habebat, mandatum est, si forte suum
cornu circumuequarent hostes, illos à lacere

aggr.

apprediantur, quando in eos uerò contingat.
 Et hac quidem in dextro cornu ita sunt ab
 Alexandro constituta. Quod uero ad lauum
 attinet, Thraces locati, quibus Sitalces praecusat:
 ex eis sociorum equitatus, quorum dux
 Cœranus, preter hos Odrysæ equites, Agatho-
 ne Tyrime duce. Omnia autem primi ex hac
 parte collocati erant externi milites mercenarij,
 quis Andromachus Hieronis, praepositus
 sarcinæ ex impedimentis peditatus, Thracum
 presidio destinatus est. Erat autem totus ex-
 exercitus Alexandri numerus, equites ad se-
 ptem millia, pedes circiter x l. m. Post-
 quam exercitus inter se propiores facti, si-
 sum est Alexandro Darium, ex qui circa
 illum erant Melophoros Persas, Indos, Al-
 banos, Cares Anaspastos, ac Mardos sagie-
 rios contra se atque turmam regiam loca-
 tos esse. quapropter aduersus dextrum Darii
 cornu longius produxit aciem, Persæ contra
 admittuntur, quo ad lauum cornu Macedo-
 num phalangens in longum excedentes. Ita-
 que Scybarum equites primas ferè Alex-
 andri acies contigeræ: ex nihilominus Alex-
 ander adhuc dextrorsum extendebat aciem.
 ac iam propè erat ut locū excederet, quæ per-
 sa aquauerant: cum metuens Darius, ne pro-
 cedentibus in loca iniqua Macedonibus, cur-
 vis suis in quibus plurimum spci posuerat, iniiles
 fierent,

fierent, confessim eos quia ante sinistrum cornu erant, circumuenire praecepit, ne producendi longius cornu Alexandro facultas esset. Quo niso Alexander illico mercenarios equites, quorum Menides dux erat, inuadere eos inbet. Ceterum Scythis ac Bactrianis equitibus, qui Scythis iuncti erant, in se ex aduerso acriter inuecti, impetu non tulerunt. Aduersus quos Aretis milieibus, ac Paonibus, ex externis subito immisis, ex ipso Barbari pedem retulerunt. Quos Bactriani, ex aliis his proximi adorti, ex fuga in pugnam retraxerunt: commissaque; equestri praelio, plures quidem de Alexandri exercitu caderant: cum quod Barbari multitudine nincebant, cum quod Scytha ex eorum equi armis instructiores erant. Quorum impetu excepto, Macedones alijs regis adiunctis acriter inuecti, cum illorum ordines turbassene, continuo Barbari currus falcatos aduersus Alexandria, quo phalangem distractarent, immittunt: in quo maxime decepti sunt. Nam alijs quidem ex curribus statim ut appropinquarent, ab Agrianis ac iaculatoribus, quoram dux erat Balacrus, ante amicorum equitatum confossi sunt. Alijs cum per lora comprehensi equis detraicti essent, equi undique; circumuenti seriebantur. Nonnulli per medianas hostium acies intacti evaserunt. Pandebatur namque; ipsis ad fugam via ita enim, quo mai-

nus

mis laderent, Alexander mandauerat. Atq; his maximè contigit, sine suo, & eorum in quos serebantur, periculo, per hostes inuehi. Verum ex horum pleriq; à ministris equitatus Alexandri atq; argyrapidis comprehensi sunt. Cumq; Darius peditatum admonueret, quo dextrum Alexandri cornu circumueniret, Alexander in eos Aretem repente immisit. Ipse interea nihilominus suos in cornu agebat. Cerum ut uidit Barbarorum equites, qui suis iam in fugam inclinatis auxilio ierant, priores peditatus ordines aliquantum discidisse: eò repente conuersus, quà abruptio parebat quasi cuneo facta, ex amicorum equitatu cum ingenii clamore celeriter aduolat, ueluti Darium ipsum peteret. Et paruo quidem spatio hostes substiterunt. Nam postquam Alexander cum equitatu, quem circa se habebat, ualidius hostes urgere coepit, impulsis ac praecueis hastis Persarum ora feriendo, phalanxq; Macedonica densa atq; hastis horrida in eos impetum fecit, omniaq; Dario iam dudum exterrito desperationem afferrent, ab ipso primum Dario fuga iniunior factum. Nec minor illos terror inuaserat, qui Alexandri cornu circumueni, ab Aretis equitatu fortiter reprebi fuerant. Itaq; effusa fuga fugientes Persas Macedones insecuri, multos eorum cæciderunt. Simmias suos adhuc cominebat, nec fugientes hostes à ergo

tergo insequebatur: sed ibidem pugnans
 consistebat, quoniam sinistrum Macedonum
 cornu laborare nunciabatur: tunc quod qua
 Alexander in hostes inuenitus, ordines laxa-
 serat, ac rarefacta acies erat, Indi, ac pars
 qui acus ad sarcinas et impedimenta penetra-
 nerant: ibiq; acerrime pugnabatur. Persae non-
 que pleriq; incermes, phalange duplicata frexi,
 semper in hostes irruebant. Barbari quoq; ca-
 piuiā, ut uiderunt Persas impetu factō Mace-
 donas inuadere, in medio pugna ardore ex ipsi
 Macedones conuersi sunt. Duces autem Ma-
 cedonum, qui ad primam phalangem accesser-
 rant, cum celeriter cognouissent quid ageretur,
 conuersa acies sui moniti fuerant, ab tergo Per-
 sis adoris, plerosq; eorum sarcinis implicitos
 interficiunt, ceteros in fugam uertunt. At qui
 in dextro Persarum cornu rem gerebant, non
 dum cognita Darij fuga, Alexandri sinistro
 cornu circumfusi, eos potissimum qui circa
 Parmenionem erant inuadunt: ac tiam pri-
 mum, cum in ancipiis essent Macedonum res,
 confestim Parmentio mutuit, quā nuncier leuum
 cornu in discrimine uersari. Que ubi Alexan-
 dro nunciata sunt, proculius à persequendis ho-
 stibus conuersus, ex cuius amicorum equitatu eō
 celeriter aduolans, cum in Parthos equites, ex
 Indorū plerosq;, atq; in fortissimos Persarum
 incidisset, acrius multo pralium quam usquam
 antea

anted alibi committi cœptum. Tum Barbari
caternatum terga dare cœperunt, ijs qui circa
Alexandru erant obviā facti: non iam cni-
nus iaculis, aut equorum concursu certabant,
quemadmodum in equestri prælio fieri solet, sed
comminus consert a manu rem gerebant: alius
alium equo detrahere conantes, ueluti hac una
in re eorum salus uiceretur. Itaq; feriebant si-
mul, et feriebantur: quasi non iam pro aliena
auctorita, sed pro sua salute dimicaret. Diam sic
pugnauit, ex amicis Alexandri circiter L. x.
casii sunt, Hephaestione et Cœno ac Menida
vulneratis. Sed cum Alexandri impetum di-
cius ferre non possent, in fugam uersi, effuso cur-
su salutis consiluerunt. Namq; propè eò uentum
erat, ut Alexander cum dextro hostium cor-
nu congrederetur: quod Thessali equites strenue
adorti, nullam ei negotij partem illis iam in fu-
gam coniectis reliquere. Quod cum Alexan-
der animaduiceret, ad insequendum Darium
denuo conuersus, non prius insequi deſtuit,
quam eum nox opprescit. Alexander Lyco
amne pertransi, ut fessos prælio milites equisq;
recrearet, aliquantis per sublinit. Interim Par-
menio castris hostium poritus, sarcinas, ele-
phantinos, et camelos cœpit. Alexander ad
medianam noctem exercitiū quiete data, posicē
inde mouens, ad Arbellas contendit: tanquam
ibidem Darium, et pecuniam, regiamq; su-
pelle

pelleatilcm comprehensurus. eoq; postero die
 peruenit, integrat sexcenta stadia emensis. Et
 Darium quidem ibidem non est naclus. is enim
 nullo loco fidens, nusquam quiescere audebat.
 Caterum et pecunia eius arrepta, et scutum
 atq; arcus iterum in uictoris potestatem deue-
 nerunt. De Alexandri equitatu non plus cen-
 sum ea pugna ceciderunt. equi supra mille par-
 sim ex vulneribus, partim ex labore inmodicos
 ex quibus penè dimidia pars ex equitatu ami-
 corum fuit. Ex Barbaris propè trecenta milia
 cæst ferebantur, mulio plures capti. Ad hæc
 currus, quicunq; prælio affuerunt, omnes con-
 fræli. Is fuit pugna exitus Aristophane
 Athenis summum magistratum gerente. Hanc
 pugnam eo tempore futuram Aristander pre-
 dixerat, foreq; uti Darius ab Alexander
 vinceretur. Darium non procul ab Armenie
 monib; in Mediam fugientem, sequebantur
 ex Persis regis consanguinei, ex Melophoris
 non multi: mercenarij quoq; peregrini ad duo
 milia, quorum Paron Phœceus, et Glaucus
 Aciolus duces erant. Recipiebat autem sesc in
 ea loca, propterea quod Alexandria ex præ-
 lio Susas ac Babylonem petiturum existima-
 bat. cum omnis ea regio cultoribus frequens es-
 set, et iter haud difficile, ipsaq; Babylon et
 Susa belli præmia uiderentur fore. iter enim in
 Mediam, exerciti perincommodum uideba-
 tur.

cur. Nec in eo deceptus est. namq; ex Arbelis
 Alexander mouens, rectâ Babylonem profe-
 ctus est. Cumq; non procul à Babylone abesset,
 instructo agmine, ueluti pugnaturus proficisci
 coepit. At Babylonij cognito eius aductu, non
 expectanti obuiam progressi, cum sacerdotibus
 & urbanis magistratibus munera ferentes,
 urbem cum arce & pecunia regia ei confeſſim
 eradidere. Quibus acceptis urbe ingressus, tem-
 pla, qua Xerxes ibidem euerterat, instaurari
 iuſſit: & in his templum Beli, quem singulari
 religione Babylonij colunt. Ciuitati praeſecit
 Mazaeum, & Apollodorum Amphioli-
 dem, ducem militum, quos cum Mazeo preſi-
 dio reliquit. Questorem Asclepiodorum Phi-
 lonis, in Armeniam Mithrenem misit, qui ei
 prouincia praeſefit: à quo Sardorum arcem ac-
 ceperat. Chaldaos ut conuenit, egit omnia que
 circa religionem agenda monuerunt: & Belo
 sacrificauit. Procedenti deinde Susas, occur-
 runt ei in itinere Susiorum Sarapa filius, ac
 tabellarius cum literis à Philoxeno, quem Su-
 sus præmisserat. Epistola Philoxeni in hanc
 sententiam conscripta erat: Susos ditionem
 fecisse, omnemq; regiam pecuniam Alexan-
 dro traditam. E Babylone Susas uigesimo die
 peruenit. urbcmq; ingressus, pecuniam omnem
 argenti talenta ad L. milia, ceteramq; regiam
 supellec̄tilem accepit. Multa prætra orna-
 mēta

k

mēta

menta ibi reperta sunt, qua Xerxes ex Gracia
direpta deportauerat: inter quae Harmodij et
Aristogitonis Atheniensium aenea statuae
quas Atheniensibus renuisit. ha tempestate
eisam nostra Athenis in Ceramicō conspicie-
tur, haud procul ab ara Eudanemi: quoniam
quisquis apud Eleusin initatus est in Dapeda-
si am non ignorat. Hic Alexander patrio ri-
tu sacrificio facto, ludisq; editis, Abulicem
Persim Susiane regioni præposuit: Mazaro,
imi ex amicis, arcis custodia mandata: copia-
rum, quas ibidem relinquebat, Archelaum
Theodori ducem constituit. Deinde in Persas
mouit. Misit et in mariim. regiones Mene-
tium, etiamq; Syriae, Phœnicie, ac Cilicie præfecit:
traditis ei argenti talentorum tribus milibus,
qua Antiparro mari nütteret in bellum ad-
uersus Lacedemonios gerendum. In hoc rerum
statu Amyntas Andromeni cum magnis co-
pijs, quas in Macedonia contra erat, ad Alexan-
derum uenit. Et equites quidem Alexander
in amicorum equitatum transstulit, pedites
nero distribuit singulos quosq; in gentis sue or-
dines, præterea singulis turmis duos decuriones
adhibet, cum prius decuriones in equitatu nullæ
essent: quarum duces delegit, ex amicorum
numero lectis, qui maxime uirtutē præstarent.
Discidens ē Susis, Pasitygri amne transmisso.
Uxiorum regionem inuadit. Et uxij quidem

plana

plana incolentes, cum Persarum Satrapa par-
verent, Alexandro deditio[n]em fecerant. Mon-
sani uero liberi erant. Iamq[ue] ad Alexandrum
misera[n]te, qui denunciarent se non passuros,
cum cum exercitu in Persas transire, nisi tan-
tundem daret, quantum a Persarum regibus
pro transitu accipere soliti essent. Quos Ale-
xander remissos renunciare suis iussi, uti an-
gustias insuffit irent, quibus impedire se trans-
itum posse existimarent: uti a se quoq[ue] taxatam
pecuniam acciperent. Deinde assump[er]is dome-
sticis, atq[ue] argyrapidis, ex reliquis ad octo
milia, noctu obliquo itinere, occultiore qui-
dem, caterium difficilere, ducibus. Susijs uno
die in pagos Vxiorum peruenit: magnaq[ue] pra-
da facta, plerosq[ue] eorum intra tecta somno
oppressis interemit. ceteris in proximos col-
les pa[ri]sim dilapsis. Ipse celeriter ad eas fan-
ces contendit, uti pactam mercedem Vxios
penderet: Crateroq[ue] ad eos colles occupan-
dos premisso, in quos p[ro]nabat Vxios ex fun-
ga se recepturos, ipse festinans contendens
Vxios preuenit: instructoq[ue] agmine proce-
dens, per editiora loca properabat. cuius ce-
leritate consternati Barbari, eis sibi ens la-
cos abreptos cernerent, quibus maximè con-
fidebant, antequam manus conserrent, sc̄e
in fugam protinus uertierunt, nonnullis in ipsa
fuga perfectis, multis per abrupta montium

k 2 prae

principatis: compluribus etiam à Crateri militibus, cum montes trepidi peterent, casis. His premijs ab Alexandro pro transitu acceperis, sex orantes impetraverunt, sui agros suos posse siderere, Alexandro annua tributa penderent. idq; Ptolemaeus tradit, Alexandrum Darij matris rogatu concessisse. Tributum ijs impositione, annis singulis equi centum, iumenta quingenta, pecudum triginta milia. nam pecunias Vxij non habebant, nec agros, propriea cultura inhabiles: sed ipsi ut plurimum pastores erant. Post hac Alexander sarcinas, & impedimenta, Thessalosq; equites, ac socios, ex eisq; mercenarios, & alios quicunq; grauioris armatura erant, cum Parmentone mittit, subetq; uti per iter curribus habile in Persas proficiantur: ipse cum Macedonum pedibus, amicorum equitatu, & antecursoribus, Agrianisq; & sagittariis, per montana citatim iter facit. ubi ad Persidis pydas peruenient, Ariobarzanem ibidem reperit Persarum satrapam, cum pedibus propè X L. milibus, equitibus vero circiter septingentis, ipsas fauces muro clausisse, circaq; murum castris posuis transitu prohibere instituisse. Itaq; postero die instruclio exercitus, murum oppugnare aggreditur. ceterum postquam irrito incipio apparuit non posse capi, propter iniuriam loci, quod sui multa vulnera subven-

ees

tes accipiebant, & ex locis superioribus ferriebantur, receptus cani iussit. Pollicentibus autem capriorum quibusdam, fere alia via trans angustias ducturos: ut audiret tristes illos difficiles atq; angustos esse, Cratero nisi ordine sibi designato, ac Meleagri copys, sagittariorum parte, & equitibus circuer quingentis ibi relieto cum mandatis, ut primum sensisset sc Persarum castris appropinquare, quod si bi haud difficile cognitu ex tubarum sono futurum esset, murum aggrediatur. ipse per noctem ad centum stadia progressus, assumptis argyra spidis ac Perdicca copys, item leuioris armatura sagittariis atq; Agrianis, & ex amicis turma regia, ac centuria una equorum, flexo itinere, iisdem captiuis ducibus, ad easdem portas contendit: Amynta, Philota, ac Coeno, reliquas copias per plana agere iussis: flumine, quod cundo in Persas pertransiri necesse erat, ponit iuncto. Emensus incredibiliter celeritate iter illud asperum atq; difficile, cum ad primam Barbarorum stationem ante lucem improviso peruenisset, quoscunq; ibi natellus est custodes obtruncavit. Ad aliam deinde stationem profectus, plurimis quoq; eorum occisis, cum ad tertiam peruenisset, custodium maxima pars territi diffugere coepit. Nec hic tamen in castra Ario barzanis, sed in proximos montes, ut quisq; posuit, trepidi se receperunt.

perunt. Quod propter hostibus ignotus fuit Alexan-
dris adunetus, donec sub lucca castra eorum aggressus est. Vbi ad fossas castrorum per-
uenit, signa cancre iubet, uti Craterus, quem
admodum imperauit, cum reliqua copiarum
manu è contraria parte murum oppugnet.
Craterus audito signo, continuo murum subiecit.
Hostes anticipi malo circumuenti, antequam
manus consererent, fugere coeperunt. Sed cum
fuga locus non paucet, pleriq; eorum muros
repetere coacti sunt. Et iam Macedones murum
in scenderent, cum Alexander suspicatus
id quod evenerit, ne hostes desertis castris au-
fugerent, relicto ad muri oppugnationem Pro-
lemeo cum tribus milibus pedum, ipse ca-
stra hostium adortus, hostibus in fugam uer-
sis, multi coram cecidere: pars effusa fuga in
precipitia loca delati, perierunt: Ariobar-
zanes cum paucis equis in montes refugit.
Post hac Alexander rursus ad flumen cum
exercitu ire coepit. iamq; ponte perfecto, haud
mora, cum copijs traiecit: atq; inde in Per-
sas magnis itineribus contendit, ut praeueni-
ret de se nuncios, priusquam regie pecunia
à custodibus diriperetur. Coepit ergo apud
Pasargades pecunias, quae in thesauris Cyri
prioris fuisse cerebantur. Persidi preposuit
Phrasaortem Reomilchri. Cyri regiam, uenustissi-
mam illam ergo celebratissimam, combusit.
quamus

quamvis Parmenio dissuaderet, cum propter alia, cum quia turpe esset ea corrumperet, qua adeptus foret: cum quod Asiatica gentes minus amico in se animo ob eam rem futura essem: tamenquām deliberasset, deuicta Asia, ex nata, in Graciam reuerti. Id autem ab Alexander perpetratum, ut aiebat, ob iniuriam, quam Persa Graecis intulissent, ulciscendam: qui olim Graciam cum ingenti exercitu ingressi, Athenas, Graeciae lumen, cremeratis tempus euerissent. quod quidem Alexandri commissum neque probare ausim, neque ab eo commissum in ultionem uerterim Persarum: sed alia causa adduction, magis crediderim. Deinde Alexander in median procedit, ubi Darion esse acceperat. Darij namque consilium fuerat, si Babylonem ac Susas Alexander ex prælio peteret, ipse in Media moram faceret, expectans si quid sinistri illi contingere. Sin uero Alexander in se conuerteretur, ipse in Parthiam et Hyrcaniam usque ad Bactras se recipere, omniq; cura regione nata, Alexander ad ulteriora penetrandi potest ac matriperet. Itaque si eminis, ex omni supellestile, quam sibi reliquam belli fortuna fecerat, carissq; ad portas Caspias premisis, ipse cum his copijs, quas ex praesenti rerum statu collegat, in Ecbataniis expectabat. Quibus cognitis, Alexander in Mediam progredi coepit: pri-
mosq;

mosq; omnium Parthicas subegit, Oxoachre
 Abulci Susarum olim satrapæ filio ijs pre-
 posuit. Cianq; digresso in itinere nunciarum ef-
 fet, decreuisse Darium iherum pralij fore unam
 experiri, Cadusiosq; & Scythas ei auxilio ad-
 uentare: sarcinis atq; impedimentis sequi ins-
 sis, ipse cum omnibus copijs instructa acie, tanta
 quam statim pugnaturus processit, ac duodecim
 mis castris in Medianam peruenit: ubi nec Da-
 rio copias esse ad dimicandū idoneas, neq; Ca-
 dusios, aut Scythas auxilio uenisse, eiq; potius
 omnem salutis spem in fugia superesse cognovit.
 Quapropter aduersus eum maiori celeritate
 contendebat. Cumq; ab Ecbatanis triduā modō
 spatio abesset, occurrit ei Bisthanes Ochi filius,
 qui ante Darium in Perside regnauerat: isq;
 Alexandro nunciauit, Darium iam quinto
 ab inde die ex Ecbatanis profugisse, pecunia
 ex Media ad vii. M. talentorum secum abla-
 ta, esse illi equites ad tria milia, pedites circiter
 sex milia. Quibus auditis, Alexander in Ec-
 batana profectus. Thessalos equites, ac socio-
 rum, in maritimam oram remisit, prater sti-
 pendium, duobus milibus talentū ijs dono
 datis: facta potestate, si quis eorum nolle
 amplius sub eo stipendia facere, ex quibus
 pleriq; nomina dederunt. Epocillo Polycidio,
 uis eos qui domum reuerti quām militare mal-
 lece, cum equitum praesidio deduceret, nego-

timus

eiūdātū. Misit cūcūm his Menetem, quā
ubi ad mare peruenītū esset, eos cū in Eubo-
iam nauibus transvehendos curaret. Post hac
Parmenioni mādat, uti pecuniam omnē quam
ex Persis deportauerat, afferuandam in Ecba-
eanorū arce Harpalo tradat, cū sex milium
Macedonum atq; equitum cū amicorum non
nullorū prēsidio, ipse cūm extēnis, ac Thra-
cib; cūcūrū equitatu, prēterquām amico-
rum, per Cadusiorū fines uersus Hyrcaniam
proficiſcatur. Clito turma regia dūctori scribit,
cum ē Sūsis in Ecbatana accessisset (ibi enim
relictus ab eo fuerat corpore ager) receperis
Macedonib; quā regia pecunia prēsidio reli-
eti fuerant, in Parthiam, quō iturus esset, con-
sidereret. Ipse inde mouens cūm amicorum equū
tau, ac praecursorib; equitibusq; mercenariis,
quos Erigys ducebat, phalangeq; Macedo-
num, ijs exceptis qui pecuniarū custodie de-
stinati erant: itemq; sagittariis, cū Agrianis,
ueluti cum Dario congressurus instrūcta acie
pergebat. Cuiusq; summa celeritate concende-
ret, multis militib; pra laſitudine post se reli-
elis, equorum pleriq; extinti sunt. Nec tamen
ob id iter cūm festinatione persegni definebat,
decimoq; die Rhagas peruenit. Hic locus unius
dici iter à Caspijs portis, pro magnitudine itine-
ris Alexandri forte aberat. Caserum Darius
anachterat, occupatis saucibus: muli uero
k s ex ijs

ex ijs, qui fugientem Darium secuti sunt, ex ipsa fuga in patriam reuertebatur. ex quibus etiam non pauci se se Alexandro dediderunt. Alexander spe deposua, Darium à se nlla celeritate comprehēdi posse, quinq; diebus ibidem substituit: recreatoq; ex itinere exercitu, Oxydarem Persam, qui à Dario captus apud Susas in custodiā traditus fuerat, Medie preposuit. ipse in Parthos cum copijs pergebat. Ac primo quidem die iuxta Pylis Caspius castram etatus est: postridie in loca cultoribus frequētia progressus est. Cumq; inde commēatus in exercitum ferre statuisset, quod audiebat interiorem regionem inculiam ac desertam esse, Cœnum cum equitatu ac pavis peditum frumentatione mituit. Inter hac ad eum mituit Bagistanes Babylonius, qui Darium secutus fuerat: ex eum eo Amibelus, unus ex Mazai filijs, nunciantes Darium à Mabarzane mille equitum ducet. Ex à Braga Arachotorum ex Daanarum, ac Besso Bactrianorum satrapa comprehendens esse. Quo auditio Alexander aliquanto cœtius facere iter coepit, amicis modò ex equisibus antecursoribus, ac ex peditatu fortioribus ex uelocioribus delectis: non expectato Cœno, ex ijs qui cum Cœno frumentatum ierant. Geraeroq; ijs quos relinquebar prefecto, mandauit uincra moderatius faciant. qui cum sequebantur, arma tantummodo, ac duorum dierum

cibis

nibaria ferre iussit. Itaq; mouens, cum tota no-
te & in sequenti die usq; in meridiem pera-
grasser, aliquantum temporis milii ad quoniam
tem dedit. Inde rursus mouens, cum tota nocte
cirato agmine iter faceret, diluculo in ea ca-
stra, unde Bagistanes discesserat, peruenit. &
hostes quidem ibi naelus est. Cacrum factus est
certior, Darium comprehensum in curru adue-
hi: Bessuniq; ducem appellari a Bactrianis, &
a ceteris Barbaris, praeierquam ab Artaba-
zo, & Artabazi filijs, Graciq; mercenarijs.
hos in Darium fideles perpetuo fuisse: sed qua
aduersus Darium perpetrabantur, prohibere
nequivisse: illosq; diuersos exera publica uiam,
seorsum montes petere, nec cum Besso consilia
comunicare. Ad hanc qui Darium cooperuit,
si audiant Alexander se insequi, Darium
tradere, & rebus suis consulere decreuisse, sin
retro conuersum in intelligane, quam maximus
possine copias cogere, imperium inter se com-
mune communi ope & consilio tueri: Bessus
in presencia exercitus ducem designationem esse,
proprie eam necessitudinem, que sibi cum Da-
rio esset: tunc etiam, quod eius in provincia Da-
rio manus iniecta essent. Hac audiens Ale-
xander, omni nixa sibi properandam exigitima-
uit. Et iam tam equi, quam niri, continuo ini-
nere defugati erant. Sed nec tamen moraba-
tur agmen, magnisq; itineribus per noctem &
in se

insequente diem usque in meridiem exactus.
 in pagum quendam peruenit: ubi qui Darium
 adducabant, pridie castra habuerant. Cumq;
 ibi certior factus esset, Barbaros statuisse noctu
 iter facere, incolas percontatus est, an uiam bre
 uiorcm scirent, qua fugientes praeveniri possent:
 cumq; illi respondissent, scire se aliam, ceteros
 desertam ex aquarum inopem: uti sibi eius in-
 neris duces essent, imperauit. Cumq; intellige-
 ret non posse pedites se tanta celeritate euntens
 sequi, ad quingentos equites, sumpta peditem
 armatura, desilire equis iubet: Nicanorem ar-
 gyraspidum ex Italorum Agrianorum du-
 ces, reliquos agere, eos uidelicet qui leuisimè
 armati essent, quā Bessus cum suis properare
 dicebatur: ceteros pedites ordinatim sequ.: ipse
 prima noctis uigilia inter ingressus, cum circu-
 tius duceret, ad x L. stadia emensus, sub lucem
 Barbaros incompositè abeuntes atq; inermes
 affectus est. Pauci eorū confiuerunt: ceteri
 effuso cursu, conspecto Alexandro diffugere.
 Sed qui primo impetu excepto restiterunt, mox
 ex ipsis aliquot desideratis, in fugam conuersi
 sunt. At Bessus, ex fuga scelerisq; socii, quā
 Darium currū auehebant, postquam Alexan-
 drion adesse senserunt, Dario à Satibarzane
 ex Barzaneti grauiter vulnerato, ex ibidem
 semiuanimi, cum sexcentis ferè equisibus salutē
 fuga consuluerunt. Nec multo post Darius.
 prius

priusquam ab Alexandro nideri potuisse, ex
 acceptis vulneribus interiit. cuius corpus reper-
 tum Alexander ob pristinam fortunam reveren-
 tiā in Persas deportari iussit, atque regijs se-
 pulcris inferri, in quibus ceteri Persarum reges
 ante Darium condī consuevissent. Post hac
 Ammynapem Parthum, quā sibi unā cum
 Mazeo Aegyptum tradiderat, Parthorum
 atque Hyrcanorion satrapen constituit: ex
 eis illo Tlepolemum Pythophani, unum ex
 amicorū numero, qui Parthorum ex Hyrcanorium
 rebus intenderent. Et hic quidem ex eius
 Darij fuit, Aristophonte Atheniensē rem-
 publi administrante: viri quidem, si rem mili-
 tarem spectes, nihil minus quam ad res bellis-
 cas nati: per cetera uero, qui nihil indecorum
 regia maiestati perpetravit. Imò nec potuisse
 quidem. nam simulac regnare coepit, à Gre-
 cis ex Macedonib⁹ uxatus est. Quapropter
 uolenti etiam non licuisset, popularcs suos iniurias
 via afficere. Viuenti quidem multa alia super
 alia aduersa contigerunt, nec ulla requie frui
 potuit, ex quo regnare coepit. nam statim à re-
 gni initio clades illa ad Granicum annem
 ab eo accepta est. Deinde Aeoliā ex Ioniam
 amisit, ex utranque Phrygiam: Lydos quoq;
 ex Cares, prater Alcarnassenses, nec multo
 post ex Alcarnassus ei erupta: deinde omnis
 maritima regio, usque ad Cilicas. Post hac in-
 genis

genti pugna apud Isson uictas : in qua mater,
uxor, ac liberi eius capte sunt: Phoenicia ac
Aegyptus imperio ciuiis detracta. In Arbe-
lis superatus, amissō maximo exercitu, ex omni
genere barbarorum comparato, ipse imprimitie
surpiter fugit. ad hac regno expulsus, errans,
egensq; ad postremum prodicuus à suis, eodem
tempore rex simul ex captiuus, in uinculis fec-
dissem habitus, corum insidijs perire, à quibus
salutem sperare debuerat. Hac tot mala ex ca-
lamitates uinenti Dario acciderunt. At mor-
tuo contrā, ex funus dignum regio fastigio, ex
honesta filiorum educatio (namq; ab Alexan-
dro educati institutiq; sunt) ex Alexandri
affinitas, qui eius filiam in uxorem cepit : ne
beator post mortem, quam in uita fuisse uidea-
tur. Annos ferè L. natus mortem obiit. Ale-
xander autem unā eam ijs, quos Bessum perso-
quens in fuga post se reliquerat, in Hyrcaniam
profectus est. Sīrā est ab Iaua uie in Bactria-
nos ferentis. ex hac quidem mortibus editis atq;
opacis diuiditur : pluieies uero eius in mare
magnum porrigitur. Hac Alexander ibat:
quod acceperat exteros milites, qui Darij sti-
pendia fecerant, ad Pagrorum montes confu-
gisse : Pagros ipsos eadem opera imperio suo
subjicere in animo habens. Atq; in tri pars
diuisiō exercitu, ipse uerplurimū per breuissimos
ac difficultimos iramites, expeditiores ē toto

excr

exercitu delectos ducebat. Cratero cum suis ex Amynta copijs, et aliquantro sagittariorum numero, ac paucis equiibus contra Tapurios missō. Erigyium cum externis, et reliquo equitate, via recta, ceterum longiore, currus ac sarcinas ex caseram turbam ducere precipie. Transmissis autem primis qui occurrerunt montibus, ibidem castramctatus, argyraspides, et ex phalage Macedonica expeditissimos quoque, et aliquantos ex sagittarijs, viam perdifficilem atq; impeditam ingressus est: dispositis praesidijs, ubi quid discriminis esse videbatur: nea Barbari montani in eos qui sequebantur, impetum facerent. Transgressusq; angustias, iuxta exiguum quendam amnem (nomen obscurum est) castra in plano posuit. Huc loci Ana barzanes, unus e Darij ducibus, et Ploradaphernes Hyrcanorum ac Parthorum satrapes, et alij quidam Persarum, qui apud Darium in honore fuerant, ad eum profecti, se in eius fidem dedere. In his castris quadrivium maurus, quos prae festinatione in itinere reliquerat, ad se recepit. Et alij quidem tuò transierunt, sed cum montani Agrianos praesidia relictos inuasissent, iaculis repulsi protinus discesserunt. Mouens inde Alexander Hircaniam uersus, Zadracara urbem Hyrcanorum petuit. Quod ad eum uenire Craterus, et qui cum eo erant: non inuentis mercenarijs, Darium secutus: uersus

uersa regione, quam inquirentes peragdauerunt, partim si, partim noluntate in deditio[n]em receperat. Eridius quoq[ue] cum curribus et sarcinis eodem peruenit. Nec multo post Artabazus cum Cophene, Ario barzane, ac Arsene filiis, et cum his legati ab exteris mercenariis, qui Dario militauerant, et item Autophradates Tapuriorum satrapes, Autophradatem in satrapiam suam restituivit. Artabazum ac liberos secum in honorem habuit: tum quod ex primoribus Persarum essent, tunc propter eorum erga Darium regem suum constantiam et fidem. Graecorum mercenariorum legatis ab eo fidem ac pacem petentibus, nullam se conditionem admissuram respondit, ni se eius arbitrio potestatiq[ue] permitterent: grauiissime eos increpans, qui pro Barbaris aduersus Graeciam contra Graecorum decreta militassent. qui cum nullam reliquam salutis uiam cernerent, cum se eius potestati permisissent, petiere uti quenquam e suis una mitteret: cuius aurori eae tutò ad eum proficiisci possent. Ii circiter mille quingeni esse ferebatur. Itaq[ue] Andronico Aggeri, et Artabazo cum ipsisdem legatis ad eos missis, ipse in Mardas ire perrexit, assump[er]ta argyra spidion manu, et prater hos sagittariis, et Agrianis Coeni ac Amynae copiis, ac dimidia amicorum parte equitum, equitibusq[ue] iaculatoribus. Nam enim erat ab eo

con-

constituti ex ordines hastatorum equitum, magnaq; ex parte Mardorum prouincia peragrata, plerosq; illorum fugientes, quosdā etiam resistentes interfecit, muleis nūnis in potestatem redactis. Nec ipsum eam regionem nemo hostiliter inuaserat, propterea quod loca illa aditu difficillima, ex ipsi inopes rerū, ac ob eam causam sibi tui uidebantur. Igītū nec Alexandrum qui eos inuasorū cerebatur, metuebant, potissimum quod eum tam ulterius profectum audierant, atq; ideo incantiores facilius oppressi sunt. Multi eorum ex infinitos montes confugerunt, qui ex præalti imperij sunt: ueluti Alexander ad eos penetrare non posset. Postquam uero ex ea loca adiri ab Alexandro conspicari sunt, missa ad eum legatione, ex se ex sua in eius fidē dererūt. Quibus receptis, ac dimissis, Antophradate satrapa gentis eius ac Tapuriorum designato, ipse in castra unde mouerat reuerfus, Gracos mercenarios qui ad se uenerant. repe-
rit: item Lacedamoniorum legatos, qui ad Darium profecti fuerant. Hi erant Callistrates, Pausippus, Monimus, Thomanthus, ac Dropides Atheniensis: quos comprehensos in custodiā traditi Sinopeorum legatis abeundi potestatem fecit, quod Sinopae cum sub Grecis non essent, sed sub Darij imperio, non iniuste facere uiderentur, si ad regem suum legationem
l misiss

missent. Gracos quicunq; ante pacem & societatem cum Macedonibus iunctam apud Persas mercede militauerant, & item Heracleum Carthaginensium legatum dimisi. Ceteros secum eadem mercede, qua sub Dario meruerant, militare iusserit: usq; Andronicus praefecit. Quibus peractis, inde mouens ad Zadracata opulentissimum Hyrcanorum oppidum, in quo regia erat, profectus est: ibiq; ad x v. dies commoratus est, sacrificio diis rite facto, ludisq; gymnicis perpetratis, in Parthos contendit. Inde uersus Aris montes, ac Susianum urbem, quo Satibarzanes Achaean satrapes ad eum ueniens, se in eius fidem dedit. Quo recepero, & popularium suorum praefide rebusto, una cum eo Anaxippion, unum ex amicis, misit, iacularibus ei ad x L. tradi-
tis: quos custodes disponeret, ne qua iniuria ab exercitu per eorum agros transire fieret. Inter haec ad eum aduenierunt quida Persarum, nuntianees Bessum Persicamuestem ac iyara reclamam, regium capitis insigne, propalam ferre, ac pro Besso Artaxerxem se Assiacq; re-
gem appellari. habere illum ex Persis, que in Bactra effugerant, & ex Bactrianis complures: prarerea Scytharum foederatorum ad se aduentum expectare. Quibus cognitis Alexan-
der to acto iam omni exercitu, in Bactra ier
arripit, quo Philippus Menclai ex Media ad
eum

eum proiectus est cum equitibus mercenariis
 quis praeerat, & Thessalis qui sua voluntate
 in castris remanferant, ac peregrinis preterea
 quorum Andromachus dux erat. namq; Ni-
 canor Parmenionis argyrapidum proiectus,
 iam morbo corruptus decesserat. Eunti in Ba-
 etra Alexandro nuntiatur, Saribarzanem
 Arcorum sarapen, de quo ante diximus, oc-
 ciso Anaxippo, & equiis iaculatoribus
 quos secum duxerat armatis, Arcis, & apud
 Artacoana urbē (in qua regia Arcorū erat)
 congregatis decrevisse, postquam ulterius pro-
 gressum audisset, ad Bessum ire, & cū illius co-
 piis se coniungere. Quæ ubi accepit, intermissò
 in Bactra itinere conuersus, assimpeis equiti-
 bus ex amicorum ordine, iaculatorū equitatu,
 sagittariis atq; Agrianis, & Amynta Coe-
 niq; cohortibus, exteris ibidē relictis, & cū his
 Cratero, qui eorū duktor esset, ipse celeriter ad-
 uersus Saribarzanē & Arcos ducit: stadijsq;
 propè sexcentis biduo emensis, ad Artacoana
 peruenit. Ceterum Saribarzanes ut agmonie
 Alexandrū appropinquare, eius uelocitate co-
 sernatus, cū opibus suis diffideret, cum paucis
 admodū equitibus profugit. multis nāq; suorum
 Alexandrū haud procul inde abesse certiores
 facti, ipsum ī fugā destituerat. Alexander iter pse
 curus, quotquot defectiōis participes nactus est.
 & qui desertis pagis domo abyssene, alios in-

I : interfecit,

terfecit, alios in servituem redegit: Arsaceq[ue] Persa ipsius gentis praeside facto, ipse receperis ad se quos cum Cratero reliquerat, Zarangaeos adiutoris eorum peruenit, ubi illius gentis regia erat. Barzanetes, qui tunc Zarangaeorum provinciam obtinebat, unus ex iis erat qui Dariu fugientem opprimerant. qui continuo cognito Alexander aduentu, ad Indos, qui cis flumē Indianum incolunt, profugit. quem comprehensum ab Indis, et ad se retractū, Alexander ob perfidiam eius in Dariu interfici iussit. In his locis castratus, Philontā Parmenionis uite sue insidiari didicit. Ptolemaeus et Aristobulus autores sunt, cum hoc ante illi in Aegypto indicatum esset, ueteris amicitiae et cōsuetudinis simul et honoris causa; quem Parmenioni patri habebat, id pro cōperto habere noluisse. Ptolemaeus adducit, in Macedonum concionem introducetum Philontam, grauiter ab Alexander accusatum: cum se excusare conaretur, ab indicibus conuictum; uel ex eo potissimum, quod is confessus est, se de quibusdam insidiis in Alexandriam paratis audisse, quas obtinuisse, quibus per singulos dies Alexandri tabernaculum adire solitus esset: actum Philontam, cum refellere obiectum crimen non posset, unde cum ceteris insidiarū conscijs a Macedonibus circumstantibus, iaculis confossum, ad Parmenionam, qui inde aberat, missum Polydamastra,

unum.

tenuit ex amicorum numero, qui ab Alex-
 andro litteras ad duces exercitus qui tum erat
 in Media, detulit. hi erant Cleander, Sitalces,
 ac Menides: quis omnibus Parmenio praerat.
 Ab his Parmenionem interfectum: siue, quod
 haud uerisimile uideretur, Philota Alexan-
 dro insidias parante, Parmenionem patrem
 eius consilij ignarum fuisse: siue quida et si tan-
 ti sceleris particeps non esset, timendus tamen
 uideretur, filio interfecto: praeſcripsit cum in
 magna existimatione tum apud Alexandrum,
 cum apud exercitum esset, nec eam
 apud Macedonas, uerum et apud exteros
 milites, quos sepius et simul et separatis re-
 exerat. Ferunt quoque eodem tempore et Amyntam Andromeni in iudicium vocatum,
 et cum eo Polemonem, Attalum, Simmiamque;
 Amynta fratres: tanquam et ipsi insidiarum
 aduersus Alexandrum consilii fuissent, pro-
 pter amicitiam, qua Philota iuncti erant. idque
 magis multitudini persuasum: quod Polemon
 unus ex fratribus Philota comprehenso ad ho-
 stes transfugerat. at cum Amyntas cum ca-
 teris fratribus permansisset, causamque; intre-
 pidus inter Macedonas dixisset, iudicium sen-
 tentia absolutum, nec dum dimisso concilio ui-
 fibi ad fratrem reducendum licet ire, postu-
 lasse: quod cum per Macedonas impetrasset,
 eodem die Polemonem rediuxisse. ex eo manife-

l 3 stius

stius Amyntae innocentiam apparuisse. Eundem paulopost pagum quendam hostium oppugnarem, sagitta ictum occubuisse. Iudicium demum sententij absolute id tantum profuisse, quod vir probus & fidelis est habitus. Post hec Alexander equitatu amicorum Ephesiensem Amyntoris, & Clytum Dropidis praescit. Divisissq; in duas partes sodaliū copijs (nā neque unum ipsum Philotam permissurus erat tanti equitatus ducem esse) ad eos peruenit, qui primum Azriaspæ, postea Euergeta, quasi benefici appellati sunt, quia Cyrum Cambyse in expeditionem Scythicam adiuuissent. Hos in honore habuit: & quoniam iustitia studiosi essent, & tanquam qui Graecorum optimè instruti, sunt se suamq; rem pub. rectissimè gubernarent, liberos esse iussit. ad hac ex finiū in ornat agris quaneum petiere (paruo autem contentis fuere) yis concessit. Post hec facto Apollini sacrificio, Demetrio uno ex corporis custodiibus, quem Philotea consiliorum participem fuisse suspicabatur, comprehenso, in eius locum Ptolemaeum Lagi constituit. His actis, in Bactras aduersus Bessum ducere pergit. subactisq; in ipso itinere Drangis ac Dragongis, & Arachoris, Menona his praesidem dedit. Post hec Indos Arachotorum intimos inuadit. Atq; hasce gentis, quod omnis illa regio præseruauit quod nivibus per anni tempus obrueretur,

batur, omnium rerum necessariarum inops erat, quarum rerum causa exercitus uehementer laborabat, una excursione uicit. Cumq; agnouisset, Arcos denuo arma sumpsiisse, Satibarzane cum duobus milibus equitum, quos à Besso acceperat, in eorum agros crebras excursions faciente: continuò Ariabazum Persam, & cum eo Eriyian & Caranum ex amicis aduersus illum missis, Phratapherne Parthorum sacrante unā cum ijs proficisci iusso. Vbi ad hostes peruentum, atrox prælium commissum est. nec prius Barbari in fugam inclinare coeperunt, quam Satibarzanes ab Eriyio iaculo transfoissus cecidit. Quon casu territi Barbari, se se protinus in fugam coniecerunt. Inter hac Alexander ad Caucasum montem profectus, urbem in eo condidit, ac de suo nomine Alexandriam appellavit. Factoq; sacrificio diis omnibus, quibus sacrificare consuerat, Proxe Persa ei regiani præposito. & ex amicis Niloxene Satyri præfecto cum exercitu relicto, montem transgreditur. Abens Caucasus, Aristobulo autore, nulli montium qui sunt in Asia aliudine secundus (per id anni tempus ab ea parte ut plurimum nudus erat) in longum maximè porrigitur. nanque & Taurum montem, qui Ciliciam Pamphiliamq; distinguit, ex Caucaso esse perhibent: & alios iūem permagnas montes, qui pro uarietate

l. 4 . . . gens

gentium, à quibus incoluntur, nomina uariare.
 Nihil uero in eo nasci praeceper terminatum, ex
 filphium, idem ipse Aristobulus auctor est: ex
 nihilominus multos in eo incolas esse, magnaq;
 pecudum ex armentorum uim ibidem pasci.
 Silphiū nāq; pecudes amare: quod si ex longin
 quo per odoratū senserint, eō citarim ferri, flo
 remq; depasci, radicem quoq; excavando cor
 rodere: ex ob hanc causam greges quam pro
 cul Cyrenaos ab ijs locis arcere. alios septē ob
 cere: apud eos id gramen in pretio esse. Inter
 hac Bessus cum Persis, qui participes proditio
 nis in Dariam fuerant, ex Bactrianis circiter
 septem millibus, ac Dais ultrà Tanaim habi
 tantibus, regionem Caucaso adiacentem uasta
 bat: ut per solitudinem terræ interiectam, ex
 commeatuon rerumq; necessariarū penuriam
 contineretur Alexander, quo minus ulteriora
 loca peteret. Verum hoc Alexandrum à
 proposito iūncre haudquam retraxit, quā
 quam iter difficillimum esset, alia niue circum
 quaq; soluam operiente. Bessus, ut agnouit A
 lexandrum haud procul inde abesse, Oxo flum
 ne celeriter traecto, nauibus, quīs copias trans
 uexerat, igni corruptis, inde in Nautaca So
 gdianæ regionis se recepit. sequebantur eum
 Spūamenes, ex Oxyaries, cum equiūibus So
 gdianis, ex Dais à Tanai profectis. Ceteri
 Bactriani equites, ubi Bessum in una fuga
 spcm

spem salutis posuisse intellexerunt, aliis alio dilapsi, domum reuerterunt. Profectus deinde Drapsaca Alexander, recreato aliquantum ex labore exercitu, in Mornos et Balatra, maximas Bactrianorum turbes ducit, easq; admoto exercitu primo impetu capit: atque in Morni arce Archelao Androclis, uno ex amicis, cum valido praesidio relicto, castam Bactrianorum gentem domuit: usq; Areabazo Persa praeposito, ipse ad Oxion amorem iter facit. Oxis est monte Caucaso oriens, maximus habetur omnium Asia fluminis, qui ab Alexandro cum copijs traiecti sunt Indorum fluminibus (sunt enim longè latiora) exceptis: in magnum mare apud Hyrcanos influit. Conanti Alexandro flumen transire, nulla se facultas offerre videbatur. namque eius latitudo ad sex maximè stadia amplectitur, altitudo latitudini non respondet: sed enim profundior, et fabulosus atque prarapidus est, molitionum ob id impatiens. omne praeterea circum solum materia nudum. ad hac magna temporis iactura futura videbatur, si ex longinquu materia portanda esset, fabricando ponti necessaria. Itaque tenebris pelles detrahi, easq; minutis ac levibus quibusdam fisticis repletas, accuratè consuī iubet, ne quid aqua intus influeret. quibus insensis, uniuersum exercitum intra quinuum diem flumen

l s trans

transfuerit: antequam traiiceret, delectis quibusq; ex Macedonibus, aut aere aut bello fecerat: item ex Thessalio, qui sua voluntate in exercitu remanserant: quos omnes domum remisit. In Arcos quoque Stasanorum, unionem ex amicis, qui Arsatorem Arcorum satrapem comprehendenderet: quoniam rebus domi non adest studere ferebatur. ipsumq; in Arsatice loco suffecit. Traiecto autem amne contendebat ubi Bessium cum copijs esse acceperat. Ac in itinere obvios habuit a Spitamene ac Datapherne numeros, pollicentibus, si unum aliquem ex duabus suis cum aliquatis copijs mitteret, se Bessum comprehensionem in eius potestatem tradisuros: quem licet nondum in vinculis, in potestate tamen iam haberent. Quae ubi audierit, confessum Ptolemao Lagi praemisso cum milibus cohortibus ex amicorum equitatu, cunctisq; hastatis equib; ac Philotea pedestrib; argyra spidibus mille, ex Agrianis, ex sagittariorum parte, ad Spitamenem ex Dataphernem conuenienter iubet: ipse paulo levius quam prius, agmen agit. Ptolemaeus decem dierum iter quaeriduo emensus, eò peruenit: ubi Barbaricum Spitamene pridie castra habuerant. Ibi factus est certior, non esse Spitamenum ex Datapherni certā de Bessi traditione sententiam. Itaque pedestrib; relictis, ac subsequens insis, ipse cum equis premeclua, in quondam pagum

gum improni se peruenit, ubi Bessus cum pa-
cis milibus agebat. namq; quæ cum Spitame-
ne erant, iam discesserant, Bessum prodere ho-
stibus ueriti. Igitur Ptolemaeus pago cum equi-
tatu circumfesso (erae enim muro circundatus)
paganis circa portas denuntiari iubet, inco-
lumes fore, si Bessum traderent. Quo auditio, con-
festim Ptolemaeo intra pagam recepto, Bessus
comprehensus uinctus est. Rediens igitur ad
Alexandrum Ptolemaeu premisit, qui per-
conetur, quo'nam modo Bessum in conspectu
suum adduci uelit. cui Alexander placere sibi,
Bessum carnis uinctum ad se adduci nudū: ex
ad dexteram partem via statu, qua ipse cum
exercitu profecturus esset. Quo in conspectu ad-
ducto, interrogauit eum: Cur' nam Darium re-
gem suum ac necessarium, de se optimè merito,
primu[m] comprehensionem in uinculis habuisse,
deinde uinctum necasset. Cui Bessus: id nō sumo
modo consilium fuisse, sed ex omnium qui tunc
apud Darium fuissent, nisi eius uiri traditione
sibi salutem apud uictorē quererent. Tum A-
lexander Bessum uirgis eadī, ac per praconem
pronuntiari, quaecunq; illius de perfidia in re-
gem suum ei ipse exprobrasset. deinde uerbera-
tum remitti in Bactra, ibiq; occidi insit.
Hac Ptolemaeus de Besso. Aristobulus autem
scribit: qui cū Spitamene ac Datapherne erat,
ad Ptolemaeum Bessum adduxisse, cumq; nudis

Cat

ex ceteris uincium Alexandro traditū. Post
 hac Alexander refecto equitatu (multi enim
 equi ex defatigatione perierāt, tam in transitu
 Caucasi, quād in itinere ad Oxum amnem) in
 Maracanda, qua in urbe Sogdiane gentis re-
 gia erat, iter cepit: indeq; ad Tanaim progres-
 sus est. Huius fluminis fons, quem Orxantem
 alio nomine Barbaros vocare Aristobulus
 afferit. ē Caucaso monte oriens, in Hyrcanian
 mare prorumpit. Est & alter Tanais, quem ait
 Herodotus Scythia flumen octauū, ex ma-
 gno lacu ortum, in Maotim paludem extire. Ex
 hunc Tanaim, sunt qui Asia & Europa ter-
 minum statuant. namq; in Euxino ponto &
 Maotis ipsa, & Tanais qui in eam illabitur.
 Asiam ab Europa dividunt. quemadmodum
 fretum, quod inter Gades & Numidias inter-
 iacet, Lybiam ab Europa separat: nec secus
 quam ipsa Lybia à reliqua Asia Nilo flumi-
 ne dirimitur. Hic ex Macedonibus nonnulli pa-
 bulādi causa per agros uagati, à Barbaris in-
 serfcti sunt: qui mox ex ipsa cæde in mones
 aditu difficiles & confragosos se receperunt. hi
 ad xxx milia erant: aduersus quos Ale-
 xander assumpis expeditioribus totius exerci-
 tus celeri er profectus, cum magno conatu in
 collem niteretur, multis loci iniuriae primo
 ascensi uulneratis, Macedones à Barbaris re-
 pellebantur. Ipse Alexander dum se audacius
in host

du hostes infert, crux sagitta traiectus est. utcūq; tamē depulsiā ē colle hostibus locum cepit: quorum alij à Macedonibus intrempiti, alij ē rupibus sese præcipiēantes interierunt, ut ex tanta multitudine uix oculo milia euaserint.

ARRIANI NICOME- DENSIS DE REBUS GE- RMANICIS. Alexandi Magni re- gis Macedonum.

Liber IIII.



A V D. multo pōst ad Alexandrum profecti sunt legati à Scythis, quos Abios, quasi nullius patrimonij possessores uocat: quos Homerus magnopere, ut iustissimos laudat. H̄i Asiam incolunt. liberos maximè facie paupertas, & iustitia gentis, qua inter se uenuntur. Eodem aduenire legati & à Scythis, qui Europam incolunt. Cum his legatis redemib⁹ Alexander quosdam ē suis misit. sub praetextu iungenda cum Scythis amicitie & societatis: re autem uera, ut siue regionis, ut multitudinem eorum ac mores, & quo armorum genere uicentur cognosceret. Cogitabat iuxta Tanaim, urbem sui nominis condere: namq; locū naturā ad magna & opulenta urbis sedēm sibi peridoneū uisa est: tum peropportuna ad bellum Scythia trans-

annexa

annem incolentibus inferendion. Magnitudinem autem futurae urbis tam ex ipso autoris nomine, quam ex incolarum frequentia concipiebat. Diam urbem condit, finitimi fluui Barbari in urbes suas praesidio missos hostiliter obruerunt, urbesq; communiant. Quoniam rebellione audita, Sogdianorum plurimi ab ipsis sollicitati, qui Bessam ante comprehendente, illis se proeinus iunxerunt: igit; Bactrianorum nonnullos in societatem defectionis facile ad se traxerunt, siue quod Alexandrum timerent, siue ob rumores nulgo sparsos, Alexandrum eius defectionis causa ad Zaraspam urbem in Sogdianam pollentem, conuentus agere instituisse, eius genus principibus uiris eò accessitis, id autem nullo commodo Sogdianorum fieri. Hac ubi Alejandro nunciat a sunt, scalis quamprimum per pedites parari iubis, primum Gazam urbem petat, qua sibi à castris discedenti proxima erat. namq; in septem oppida eius regionis Barbari confugisse ferebantur. Craterum Cyropolis mittit, ceterarum urbium eius genus amplissimam, in quam Barbarorum magna manus confluxerat: mandatis traditis, ut ad motus propius castris, dispositisq; tormentis, urbem uallo fossaq; circumducent: eo uidelicet consilio, ne caseris urbibus circumuallasi ferre opem possent. Ipse ut primum Gazam percucuit, ex iuvere, quo magis oppidanos terre-

res,

ret, propositoq; pugna signo maenia invadit,
 scalisq; diuersis locis in circuitum inferi imperat. Tum funditores, sagittarii, ac iacula-
 tores pedibus immixti, impetu facto eos quae
 de muro pugnabant incessere, atq; infestis ec-
 lis petere, iacula quoque machinis torquere.
 Quapropter muro defensore breui nudato, fa-
 cile fuit scalas admoveare, Ex quo Macedo-
 nes hanc difficulter murum concidunt. quod
 fuit eo facilis, quod murus est luto structus,
 humiliq; erat. Superatis moenibus, Macedo-
 nes urbem ingressi, mares omnes Alexandre
 iussu interimunt, foeminis, pueris, atque omni-
 bus Gerensium bonis in pradam datis. Dein-
 de ad aliam urbem ducit, opulentias huic pro-
 ximam, eodemq; modo conditam: eoq; die de-
 bellatam, maribus casis, militi diripiendam de-
 dit. Tertiam deinde aggressus, postridie primo
 impetu cepit. Ineptim dum hasce urbes cum
 peditatu expugnat, equines ad duas reliquias
 vicinas urbes procul obseruatum mittit, ne
 qui inde egredentur, per quos de captis ser-
 bibus scire possent, quo sibi persequendorum
 in fuga labor adimeretur, Oppidani postquam
 ex fumo et trepidè fugientibus, urbem pro-
 pinquam expugnata esse cognoverunt de-
 fertam, dum gregatim fugiunt, in ipsam
 equitatum inciderunt: iqq; ferè omnes ca-
 si. Hisq; quinque oppidis biduo captis,
 ac direp-

ac direptis, Cyropolis ducit, ceterarion urbium opulentissimam, ac celsiore muro communiam: urpote que à Cyro condita, eiusdem regia erat. in quam magna Barbarorum multitudo, eorum quidem totius gentis pugnacissimum se receperat. Et quoniam haud huiusmodi esse videbatur, que primo impetu à Macedonibus capi posset: cogitabat Alexander tormentis admotis moenia quatere, oppidumq; clandestino introitu superari posse, assumptis argyra spidibus, sagittarijs, & Agrianis. Barbaris in machinamenta & oppugnatores conuersi, clam primo cum paucis per torrentis alveion ingreditur: refractisq; portis, que ad eam partem uergebant, confestim & alios milites introducit. Tum Barbari clamore hostium excitati, protinus in eos conuersi, pralium acre committunt. In ea pugna Alexander caput & cervicem lapide percussus, Craterus sagitta, & aliq; quidam copiarum duces icti. At nihilominus Barbari è toto foro, in quo pugnabant, à Macedonibus summoti sunt. Interim qui ab alia parte urbem oppugnabant, cum muros ab oppidanis desertos conspicerent, strenue concendunt: & primo quidem tumultus capea urbis, cæsi sunt ex hostibus circiter octo milia: reliqui enim ad quindecim milia in arce configerunt: qua circumfessa, cum propter aquarum inopiam obsidionem tolerare non possent,

possent, altero die deditio[n]em fecerunt. Septimum deinde oppidum adortus, primo insultu cepit. Ptolemaeus ab oppidanis deditio[n]em non expectato prælio factam scribit. Aristobulus autem. & hoc quoq[ue] oppidum resistentibus oppidanis ui captiuu[m], maresq[ue] omnes in eo comprehensos, obtruncatos: quos Ptolemaeus ait in exercitum distributos, ac uinculos custodiri ius-
sos, donec ex ea regione cum exercitu egredere-
tur. ne quis eorum qui rebellassent, in his lo-
cis relinquetur. Dum hac geruntur, Scytha-
rum exercitus, qui in Asia erat, ut audire
Barbarorum quosdam trans flumen incole-
tes ad Alexandrum defecisse, ad ripas Ta-
nais accessit, eo consilio, ut si qua insignis no-
uitas in ijs locis fieret, in belli societatem con-
tra Macedones coirent. Eodem tempore nun-
ciatum est, Spiranem cum copijs eos obfide-
re, qui Maracandis presidio relicti fuerant.
Itaq[ue] Alexander confestim aduersus Spira-
menem, Andromachum, Menedemum, &
Caranū mittit: & cum his ex equitatu amico-
riau[er] ad sexaginta, ex mercenariis octingentes,
Carano duce: pedies mercenarios mille quin-
gentos, quib[us] preposuit Pharnuchem interpre-
tem, genere quidem Lycium, ceterū lingua
eius gentis peritum, & quo ad cetera que in
his locis agenda essent commodissimum. Ipse
urbem, quam condere cogitauerat, intra uicessi-
mum

munus diem muro circumplexus, traductis eō
 Gracis quibusdam mercenariis, ac Barbaris
 finitimiis, qui sola uoluntate in eam urbem ē
 sedibus suis transmigrarunt: ex item Ma-
 cedonibus, quos at as imbelles fecerat: sacri-
 ficio primorum diis, quibus consueuerat, ri-
 te perpetrato, equestres ludos ac gymnicos
 edidit. Verum menū nucro cum intueretur Scy-
 thas à fluminis ripa non recedere, quin etiam
 sagittis cis flumen (quod in ea parte modi-
 ca latitudinis erat) suos incessare, ac temere
 in se atque exercitum probra iactare: Scy-
 thas metu non adire, cognitum quid inter
 Scythas et Barbaros Asiaticos intersu-
 tirit acus huiusmodi uocibus, flumen transire
 constituit, pellibus quibus transuheretur exer-
 citus parari iussi. Facto igitur pro transitu
 sacrificio, cum non litasset, extaq; aduersos
 exitus portenderent: quanquam ob eam rem
 commotus, p̄aelio abstenuit: postquam rāmen
 pergentibus Scythis exprobrare ignauiam et
 timiditatem, et sacrificia rursum facta ire
 viam sibi periculum portendi Aristander mo-
 neret, iam ira impatiens: Satis est (inquit) pe-
 riculo se se offerre, quam tota penē Asia sub-
 acta. Scythis ludibrio et contempti esse, quod
 Dario Xerxis pari olim accidisset. Tunc
 Aristander regem commoenum intuens, Ego ue-
 ro (inquit) rex, non ea qua te maximè uelle. exi-
 gitum.

simem, sed quae tibi diuinitus portendantur, dñe-
 turus sum. Alexander nihilominus paratis
 ad transicium pellibus, ex iam exercitu fluminis
 instance, tormentis in Scythes ripis obequit an-
 tes procul iaculantibus: cum quidam Scytha-
 rum vulnerati essent, unus etiam scutum ex tho-
 racem transfoissus, ex equo prolapsus, lon-
 ginquo iaculorum iactu, simul strenui viri nece-
 percierunt, parumper à ripa retro cesserunt.
 Quos alexander iaculorum coniectu perturba-
 tos conspicatus, cum ingenti tubarum sono ex-
 exercitu sequente flumen ingreditur: praemissis fun-
 ditoribus ac sagittarijs, qui procul à ripa hostes
 arcerent, ne prius illi phalangi exercitii occurke-
 rent, quam uniuersus exercitus eradicisset. Omnis-
 bus autem transgressis, cum equites mercena-
 rios ex iacularum turmas quatuor primis
 in Scythes immisisset, Scytha ipsi plures circum-
 fusi, eos impetu facto scriebant: simul, impote ex-
 peditiones, haud difficulter in diversa refugie-
 bant. Quid ubi Alexander animaduertit, sa-
 gitarios ex Agrianos; atq; alios leniter ar-
 matos, quib; Balacrus praeras:ris præterea
 equitum ordines ex amicis, atq; omnes hastatos
 equites, eodem militie: ipse deinde cum reliquo equi-
 satu hostes inuadit. Et per hunc modū ludifi-
 cādi potestas Scythes crepta est. nā equitatus ijs
 imminebat, ex leniter armati equitibus immi-
 xti, eos artibus suis nō sinebat. Tu Scytha in

m 2 fugans

fugam conuersi , circiter mille in pugna casis ,
 & in ijs uno ex ducibus , satrace nomine : ca-
 pris ad c. l. Erat in ea regione pestilens aqua.
 Itaque cum fugientes Scythas insequeretur
 Alexander , & ex nimio labore , astu ac suu
 fatigarentur , epota aqua , subita uentris solu-
 tio secura . quae res Macedonas ab inseguendis
 hostibus remorata est . Quod ni ita contigisset ,
 omnes profecto aut interfecti fuissent , aut ca-
 pti . Alexander in summum uite discrimen
 adductus , retro unde mouerat , in castra rela-
 tus est . Atq; ita Aristandri uaticinium , quo
 prædixerat uite regis periculum portendi , re
 comprobatum est . Haud multo post legati à
 Scytharum rege ad Alexandrum accesserunt ,
 faction excusantes : Non esse ei illata arma
 communi Scytharum consilio . illos qui iniu-
 riam fecissent , spe præda allectos , latrocinatum
 uenisse : regem paratum imperata facere . Qui-
 bus Alexander pro tempore humaniter re-
 spondit . Neq; enim è dignitate sua esse existi-
 mare , si de fide sua dubitari uidetur , non
 exire in aciem , Scythesq; bello persecui : quod
 eo tempore à rationibus suis alienum ducebat .
 At Macedoncs , qui Maracandis in arce ob-
 sidebantur , cum spiritamenes cum copijs , quas
 habebat in arcem impetum fecisset , subita eru-
 prione quibusdam hostium interfectis , ceteris
 repulsis , incolumes sese in arcem receperunt .
 Postq;

Postquam uero eos qui ab Alexandro Maracanda auxilio obfatis missi fuerant, nuncidem est Spitaneni apropinquare, obsidione arcis destituta, ipse uersus regiam Sogdianorum contendit. quem festinantis abeuntem, Pharnuches cum copijs sibi attributis ad Sogdiana regionis montes insecutus, cum assequi non posset, Scytharum pastores temere adortus est. Quamobrem iritatis Scythis, Spitanenes cum equites propè sexcenti eorum ad se accessissent, parumper constituit, acieq; ad Scythica solitudinis initium loco plano instruxit, nec expectare hostes audebat, nec inuadere: sed Macedonum phalangem cum equitatu preteruolans, sagittis incessebat. Ac mox irruentibus in se Macedonibus, declinato impetu refugiebat. manq; equos & uelociores ad fugam, & recensiores habebat: cum quidem propter continua itinera, & pabuli inopiam, equi Andromachi laetitudine confecti essent: quos siue permanentes, siue retrocedentes Scytha urgebant. Multis itaq; vulneratis, quibusdam etiam occisis, Macedones quadrato agmine ad Polytimetum amne proximum sensim se recipiebant: eo consilio, ut in syluanum fluminis circuibam seclam se inferrent, quo Barbaris ludificandi potestare adempta, ipsi pedeatu uii possent. Ceterum Caranus equitum prefectus, non communicando consilio cum Andromacho, transire

m 3 flum

flumen conabantur, tanquam tuiore loco equi-
 catus esset furvus. Trajicentem pedites seque-
 bantur, non tam usquam imperio aut iussu, sed
 metu compulsi. Iisque temere ac paucim, per aleas
 ac praeclives ripas flumen intrabat. Quod Bar-
 bari conspicati, ex ipsis à diversis partibus ua-
 dum ingressi sunt. Ex alijs quidem eos, qui iam
 transierant, persequebantur, ac se in tutum
 recipiebant: alijs oppositi, transire conantes in
 ipsis flumine interficiebant. Quidam ab laceri-
 bus procul sagittis feriebantur: pars intrare
 parantibus instabam. Quibus difficultatibus
 audiue circumuenti Macedones, in brevem
 quandam insulam refugiunt. Quos circumfusa-
 tion equitatu hostes, procul sagitus intereme-
 runt: preter paucos, quos capios occiderunt.
 Aristobulus scribit, magnam Gracorum par-
 tem Scytharum insidijs oppressam: qui in hortis
 proximis abditi, ex improviso superuenire.
 Pharnuchem ducatu Macedonibus, qui cum
 illo erant, tanquam rerum bellicarum imperi-
 um cedere uolentibus: illū magis ab Alexan-
 dro missam proprię lingue commerciam, ut Bar-
 baros mansuetaceret, quam ut eo duce in pre-
 dijs uicerentur: se et Macedonas, et regis ambi-
 cos esse. Cumq; Andromachus, Caranus, et
 Menedemus ducatum abnuerent, partim ne
 uiderentur regis mandata contempssisse, par-
 sim quod si quid simili euenisset, metuebanc

non

non solum de periculo suo, sed etiam ne totum exercitum sua culpa in discrimen adduxisse arquerentur. Perturbatis et altercancibus, ex impronto superuenisse Scythas; atque eos occidisse, ita ut ex equitatu non plus x l. de peditatu non ultra c. c. seruari sint. Quibus Alexander renunciaris, milium clade conturbatus, statuit confessim aduersus Spitanem ac Barbaros ducere: usquam praeq; parte equitatus amicorum, atq; argyraspidis, sagittarijs, et Agrianis, et e phalange expeditioribus, in Maracanda, quo Spitanem reuersam obsidere arcem acceperat, magnus itineribus contendit: treduoq; mille et quingenta stadia profectus, quarto die sub ortum lucis, hanc procul ab urbe peruenit. Quod ubi Spitanes agnouit, non expectato eius aduentu, destituta repente obſidione, inde abiit. Alexander uero eos persequatur. atq; ubi eò peruenit, ubi pugna commissa fuerat, milibus pro loci conditione sepultura datis, eos fugientes Alexander ad Scythia deserta persecutus, cum non assequeretur, retro conuersus eorum agros depopulatur, interfidis Barbaris Macedoniam necu conscientis, qui in loca munita confugerant: totamq; eam regionem, quam Polytimus annis irrigat, peragranit. Namq; ubi sub terras penetrans arena se se ingerit, omnis ulterior regio si de deserta est, evanescit autem, cursuq; pro-

iinus sistit, quamvis ingentem aquarum mo-
 lem uehat. Nec ipse modo Polytmetus, uerum
 & alij quidam magni ac perpetui amnes:
 Epardus, per Mardos excurrens: Areus, à
 quo Arei appellati: Etymander, qui per Euer-
 getas illabitur. neq; ullus harum Peneo Thes-
 saliae fluvio minor est, qui per Tempe effluens,
 in mare prorumpit. Polytmetus certe Peneo
 multo amplior. His rebus gestis Alexander
 Zariaspa summa iam hycme profectus est: ibi
 milites in hybernis habuit. Interea ad eum
 profecti sunt Phrataphernes Parthorum sa-
 trapes, ac Stasanor ad Areos missus, ut Ar-
 facem comprehendenderet: quem uinctum, & cum
 eo Barzanem, quem Bessus Parthis satrapem
 constituerat, & alios quosdam, qui pro Besso
 sumptis armis defecerant, perduxerunt. Per
 idem etiam tempus accesserunt è mariuina ora
 Epocillus, Melannidas, & Ptolemaus Thra-
 ciu[m] ductor: qui & pecunias eam Meneie mis-
 sus, & fæderatorum milites deduxerant: &
 item Assander, & Nearchus eam Gracis mer-
 cenarijs: ac Bessus Syri.e satrapes, & Ascle-
 piodorus equitum ductor, cum copijs à nauibus.
 Hic Alexander omnibus conuocatis, concione
 habu a Bessum introducit. accusatoq; uehemen-
 ter perfidie in Darium, nares amputari, aures
 mutilari imperat. Deinde fidis custodibus tra-
 ditum, in Ecbarana mittit, ut Medorum Per-
 sarm

Jarumq; quorum regem prodiderat, sententia
 condemnatus, morte mulctetur. Ego uero hanc
 de Besso ulationem non muleum probauerim.
 quin omnino eiusmodi membrorum mutila-
 tionem efferatam potius, ac Barbaricam dixe-
 rim. Adducendum uero regem arbitror, Medicis
 Persicisq; superbie amulatione, ex exemplo ta-
 lium regum indulgentia, licentiaeq; in popula-
 res suos: que quidem nec satis aqua, nec conue-
 niens erat. Neque illud minus absurdum pu-
 tauerim, quod mutato patrio habitu, Persicam
 vestem assumpserit, cydarimq; regium capitis
 insigne eorum quos uicisset: cum se ex Herculis
 genere prognatum esse prædicaret. Ceterum si-
 quid aliud, potissimum Alexandri res me ad-
 monet, quenquā, siue is uiribus polleat, siue ge-
 nere excellat, siue fortuna Alexandrum exu-
 peret, siue quis deuicta Asia imperio (quod ille
 animo destinauerat) Africam adiun-
 gat, ex cum his Europam continuet, nisi mo-
 deratio animi adsit, felicem esse non posse.
 Hoc igitur loco Cliti Dropidis casum enarra-
 re, qui Alexandro magnam infamie notam
 attulit, quamvis aliquanto post acciderit, non
 alienum fuerit. Esse diem quendam sacrum Dio-
 nysio apud Macedonas ferunt, quo Alexan-
 der singulis annis ipsi Baccho sacrificare con-
 suerisset. Eo die Alexandrum neglecto Dio-
 nysio, Castori ac Polluci facta sacrificio uo-

m s ta per

ea persoluisse. conuisioq; instituto, & in longian Barbaro more protracto, iam immunitatis sp̄s moribus, omnibus uino incalescensibus, in sermonem de Castore & Polluce uenatum esse. quo'nam modo eorum origo à mortibus in Iouem patrem relaxata esset. quosdam etiam ex presentibus adulādi causa Alexandrum Castori & Polluici consulisse: ut sunt hominum studia in aſſentationem, regum perniciem ſemper prona. Nec defuiſſe, qui ipsum Herculi comparandum dicrent: ſed inuidiam uuentibus obſtare, quo minus illi debui honores tribuerentur. Non erat obſcurum. Alexandri ad Barbaros mores transitionem, regiq; adulantiam uoces Cliti graves effe. Tum etiam uino ſtimulante percitum Clitum, ferre non potuiffe, diu conuinciam fieri: Heroumq; res gestas, quo Alexandri aures demulcerent, deprimi. Non effe res Alexandri tantas, aut tanta admirabiles, quantum illi uerbis efferrent, quin etiam Macedonas parte ab illo gloria conforres effe. Hec atque huiusmodi Cliti uerba Alexandro gravia fuiffe, & ob id dixiffe (quod ego etiamen haud laudauerim) Adulatoribus neque aſſentiendum, neque aduersandum effe. Postquam uero ſermone producto, & in Philippī patris mentionem uenutum eſt, temere illius facta, uti Alexandro placerent, deprimenteribus: cum Clitus in furorem uersus;

pralatis

prælatis Philippi rebus, exprobrare coepit.
Alexandro, equeſtri prælio apud Granicum
annem commisso à ſe feruacum eſſe. ſimul ma-
nū extollens: Hac te (inquit) Alexander.
enī dextera feruauit. Quibus uerbis Alexander
commotus, iraq; impatiens, repente confur-
git; cumq; à circumſtanib; teneretur, non de-
ſinebat ramen Clitus conuictosq; turbu-
lentas in eum noceſ inctare. Cumq; Alexander
argyrapidus appellans inclamaret, acce-
dente nemine, in eundem ſe ſtatim redactum
eſſe uociferari, quo Darium à Besso comprehen-
ſum: nec quicquam iam amplius ſibi, quām re-
gium nomen non ſuperereſſe. Quā uoce auditā,
cum eſſet dimiſſus, correpta lancea, uel (ut alij
uolunt) ſarissa ē manu cneuſdam ex circumſtan-
tibus, Clitum tranſuerberatum intererit. Arē
ſtobulus, unde hac temulentia inceſſerit, nō oſten-
dit; fed Clieū modo in culpa fuisse aſſerit, quem
cum per portam tranſmuros q̄r fossam arcis
Ptolemaeus Lazi repete ſubduxiſſet, denuo re-
uersus, ac ſe Alexandro illum inclamanti no-
mine offerens: En tibi Clitum, quem peris ô
Alexander, inquit. Ego uero ut Clitum de con-
ſueta in regem reprehendendum cenſeo, ita
q̄r Alexandrum, quā ſe à duobus maximis
in uita uitij, tra atque ebrietate, qua uel prima
eo homini turpiſſima ſunt, ſuperari paſſus ſit.
Bursus Alexandrum laudauerim, quod cum

mox posito uino resipiscerent, pœnitentia fa-
 ëti coepit. Sunt enim qui tradant, eum facino-
 re quod parrar ut animaduerso, hastæ illi qua
 Clitum occiderat, moriendi animo incumbere
 noluisse: tanquam sibi haud amplius honestum
 esset inter homines uiuere, qui amicum homi-
 nem uita priuasset. uerum ab amicis retentum.
 Sed scriptorum plerique nulla de hac re men-
 tione facta, tradiderunt, postquam resipiscens
 ad se rediit, illum multo cum ciuitatu supra le-
 etulum se intecisse. Clitum nomine crebro com-
 pellantem, ac Lanicem Cliti sororem Dropi-
 dis filiam, nutricem suam, uirum se factum pul-
 chra illi pro lactis alimeneis præmia, pul-
 chramque mercedem pro alys secum militanti-
 bus imperfectis redditurum, quæ fratrem eius si-
 bi charissimum sua manu interemisset, interfe-
 etorem sc̄ amicorum clamitans: eoque pœniten-
 tia atque indignationis processisse, ut cibo ac
 potu triduum abstinuerit: ac perseveratus in
 eadem inedia fuerit, nisi ab amicis consolanti-
 bus, ex in Clitum facti culpam referenteibus, à
 suscepto moriendi cofilio retractus fuisset: quo-
 rum hortatu egrave tamen cibum cepisse, ac pro-
 sinus Dionysio sacrificasse, cuius ira uates aie-
 bant id euenisse, quod sacrificium eius statu die
 neglexisset. Ego uero ut Alexandri factum
 damnauerim, uia errati confessionem, ex pœ-
 nitentiam laudandam puto. Sunt autem que
 scribunt

scribant. Anaxarchum sophistam consolandi causa ab amicis accersitum ad eum uenisse. Cumq; in lectulo iacentem ac suspirantem offendisset, oborto risu dixisset: Ignorari a mortalibus, cur sapientes iustitiam Ioui assistentem fecerint. id uidelicet ab ipsis ea ratione excogitatum, ut quicquid ab ipso Ioue decerneretur, id iuste factum putarent. oportere igitur, quae magno a rege fierent, iusta existimari: primum quidem ab ipso rege, deinde a mortalibus carceris. Quae cum dixisset, Alexandrum tanquam suera essent, non nihil moerore relevacum esse. Ceterum in summum errorem, ex grauiorem eo in quem inciderat (ueluti ego existimo) Alexandrum induxit, si illam putavit esse sapientis uiri sententiam, Non oportere regem cum delectu iusta agere: sed quicquid ab eo agatur, decernatur, qualecumque id sit, iustum habendum esse. Nam ex uoluisse se pro deo haberi, coliq; Alexandri fama est: ne qui magis Ammonem patrem, quam Philippum, aut credebat, aut certe credi solebat. Sed cum iam patriis moribus relictis, in Medorum ac Persarum mores transisset, cultumq; corporis Persicum induisset, non videbatur ob eam rem ullis adulatoribus, ac ne sophillis quidem, siue Anaxarcho, siue Agide poeta Argino indigere. Hac autem non probabat Callisthenes Olynchius, Aristoteles auditor, quanquam mori

moribus aliquantum arrestior: sed potius, ut
 à rege aliena, detestabatur. Cui ut prorsus in
 hac re assentior, ita in eo quod Alexandriam
 & Alexandri facta, se & suis scriptis infe-
 riora esse prædicabat, si ita est, ab illo dissen-
 tio. Sed non iocirco ad Alexandrum acces-
 sisse, ut sibi gloriam compararet: sed uti Ale-
 xandrum inter mortales illum & glorio-
 sum redderet. nec Alexandrum in eam op-
 nionem ac spem diuini honoris, ex ijs que ex
 Olympiade matre de conceptu suo audisset, sed
 magis ex his que de eo scripsisset, erectum esset.
 Sunt etiam qui scribant, cum aliquando à
 Philota interrogatus esset, quem maxime pu-
 taret ab Atheniensibus in honore haberire
 spondisse, Harmodium & Aristogitonam, eo
 quod sublata tyrannide alterum ex tyrannis
 interfecisset. Cumq; rursus ex eo Philotas qua-
 sisset, Num ei qui tyrannum occidisset, rursum
 esset apud omnes Graecos profugium? respon-
 disse, Quandoquidem nusquam alibi, ac apud
 Athenienses certò esse. Illos aduersus Eurib-
 theum Gracia tyrannum pro filiis Heronis
 bellum suscepisse: quónam modo etiam Ale-
 xandro, Persico more se adorari petenti, refi-
 scribit? Hac accepimus, Alexandrum ac So-
 phistas, & ex Persis ac Medis illustiores,
 quā apud se essent, inter potendum in huiuscē-
 rei mentionem ex composito uenisse: Axaxar-
chiam

ehum uero dicere coepisse, multo aquius quam
uel Herculem, uel Dionysium, Alexandrum
deum haberi: idq; non modo propter magnitu-
dinem atque præstantiam rerum gestarum,
uerum etiam quod Dionysius Thebanus fuisse,
genus hominum Macedonibus haudquaque
virtute ac fama comparandus: Herculem ue-
ro Argium nec ipsum conferendum, nisi quod
Alexander genus ab eo duocet. Iustius itaq;
esse regem suum Macedonas diuinis honoribus
excolere. Neq; enim dubitandum esse, postquam
Alexander est uia concessisset, fore uis à mor-
talibus inter deos referretur. Quanto igitur
aquius, adhuc uinentem diuino cultu prosequi
quandoquidem post mortem nullus ad eum fru-
ctus ex impensis honoribus esset accessarius.
Haec atque huiusmodi cum Anaxarchus di-
xisset, ex Barbari consentientes incipere se
uelle Alexandrum adorare dicerent, Mace-
dones circumstantes, quibus id graue esset, moe-
stum silentium resuere. At Callisthenes lin-
gua liberior: Ego uero (inquit) o Anaxarche,
Alexandrum nullo prorsus honore humano
indignum confessi. ceterum diuini aq; humani
bonores definiti sunt. Ad deos quedem periu-
nent tecta, statua, luci, sacrificia, libationes. rur-
sus hymni deorum sunt, laudes hominum. homines
quidem à salutibus osculari mox est: diuinitas
autem, quonia in superbris sedē sua tenet, neq; fas
est eam

est eā à mortalibus cōtingi, propterē adorāda
 colitur. Dijs etiā chori, & pænes celebrantur:
 nec est mirandum, quod alijs alij honores supe-
 vis instituti sint, cum & Heroum quoq; hono-
 res à deorum cultu differant. Non itaque de-
 cet hæc confundi, & mortalem quempiam per
 honorum excellentiam supra humanum mo-
 dum extolli, opprimi indignè deos: quod si, si
 dijs & hominibus par honor tribuatur. Neq;
 enim pataretur Alexander, priuationem honi-
 nem honores regie maiestati debitos, suffragijs
 illegitimis usurpare. Quapropter magis par
 esset indignari deos, si quis diuinos honores
 aut ipse sibi adstruat, aut persuasus recipias
 oblatos. Alexandri quidem haud ambi-
 guum, haud muleum à perfecto viro abesse.
 eumq; inter bonos optimum, inter reges princi-
 pem, inter exercituum duces à imperio dignam
 ante omnes uideri. Te uero, ô Anaxarche, si
 quisquam est quem deceat, maxime oportuit
 hos arque huiusmodi sermones Alexandri an-
 ribus infundere, eumq; oratione tua à cōtrarijs
 rebus deterrere: cuius ille quotidiana consuetu-
 dine propter sapientiam & eruditioñem uittur.
 Huius inquam, sermonis non decuit autorem
 te esse: sed potius meminisse, te non id Cambyses,
 aut Xerxi suadere, sed Alexandro Philippi
 filio, ex Achillis atq; Herculis genere progra-
 so, cuius proani ex Argis in Macedonia pro-
 fecti

fecti, non ut, sed lege regnum tenuerant. Quin etiam nec ipsi Herculis, cum adhuc inter mortales ageret, diuinos honores. Graci exhibere sustinuerunt: immo ne mortuo quidem, antequam Delphicus Apollo ipsum pro deo habendum esse iussit. Quod si ex eo, quoniam inter Barbaros uersamur, oportet Barbaros sensus induere: tum te oro Alexander, Gracia ut me mineris, cuius gratia haec omnis expeditio abs te suscepta est, ut ei eius imperio ex gloria Asiam adiicias. Nunc iam cogites necesse est, ubi in Graciam reuenteris, an Gracos, liberrimos populos, te uti adorem cogere statueris: an ipsis hoc munere absolutis, Macedonas tantum hac contumelia oneraturus sis: uel potius distinctis pro diuersitate gentium honoribus, à Gracie quidem ac Macedonibus patro more, à Barbaris uero Barbarico ritu coli uelis. Si illud obijciatur, Cyrus Cambyses filium primum mortalium omnium à Persis ac Medis diuinis honoribus affectionem: cogitare oportet, eundem Cyrus à Scythis, pauperibus ac liberis hominibus castigatum: Darium priorem ab alijs Scythis: Xerxem ab Atheniensibus ac Lacedemoniis: Artaxerxem à Clearcho ac Xenophonte, cum decem modo milibus hominum: hunc autem Darium ab Alexander, humanis adhuc honoribus conuenio. Hoc asque huiusmodi magna quadam eloquentia ex libri aie

veritate lingua differencem Callisthenem, Macedones libenter audierunt, quo cognito Alexander conturbatus, continuo ad Macedonas missit, qui ambirent, uti adoracionis memores essent. At Persa consurgentis, iij qui dignitate praestabant, regem ex ordine Persico rite adorare coeperunt. Cumq; Leonatus, unus ex amicorum cohorte, Persam quendam indecorè adorantem conspexisset, ob idq; gestum illius ut ineptum irrisisset: rursum indignatus, adorare ceteros uetus. Sunt qui scribant, cum Alexander phialam auream in corona propinaret, ijs prius propinasse, quibus cum de se adorando conuenisset: singulos postquam libassent, adorasse eum simul. Et oscularos esse, ubi ad Callisthenem uentum, exurrexisse illum ac libasse, Et omissa adoratione Alexandrum osculari uoluisse. Forte autem nunc sermonem rex cum Ephesione habebat: Et ob eam rem minus aduertebat, qua ab illo fieret. Itaque fallere regem potuisse, ni Demetrius Pythonacis unus ex amicis Alexandrum monuisset, non esse cum functum adoracionis officio. Quam ob rem Alexander appropinquantem ab osculo repulit. Tum Callisthenem commotum dixisse ferunt: osculo uno non plus remisso hinc facessam. Ego uero, ut nihil omnino earum rerum que ignominiam Alexander offerrent, ita nec duros Callisthenis manus

res ullo modo probo. Sed illud assueratur, si quis deseruire regi cuiquam in animum induat, illius decori et gloria fruendum esse. Quapropter non omnino alienum, neq; mirum existimo, si Alexander in Callisthenem proper impunitatem et arrogantiam exarserit. Ex quo licet coniectare iis qui eum accusabant, quod insidiarū quas pueri in Alexandrum paraffere, conscius fuisse, facile creditū. Insidie uero huiuscmodi fuere. Erat iam ante à philippo institutum, ut nobilium Macedonum filii, postquam adoleuissent, ad regios usus deligerentur: hi regi ministrabant, cubantem assernabant, equos adducebant, Persico habitu ornati: uenarii comites ibant, affectabantur. In his erat Hermolaus Sopoldis Philosophie amator, et ob eam rem Callisthenis studiosus. Hunc Sopolidem fama tenuit, cum aliquando Alexander uenatum esset, et aper occurisset, in scriendo apro Alexandrum præuenisse, apri uulneratum repente cecidisse. indignatum regem, opportunitatem scriendi apri sibi præreptam, adolescentem per iram caeris pueris spectantibus uerberari, eiq; equum adimi insisse. Eius commelia causa Hermolaum ira succensum, apud Sostratum Amyntæ coartatum et conatorem suum conquerenter dixisse, Emori decrewisse, nisi Alexandru ulciscereur. Amisit
n s facile

facile persuasisse, mihi particeps et adiutor tam
ti facinoris fieret. Sostratum deinde Antipa-
trum Asclepiodori, Epimenem Arsei, An-
ticleum Theocriti, Philoram Carcidis Thracē
in societatem sceleris illexisse. Quibus strenue
operam pollicitis, conuenisse inter coniuratos,
ut qua nocte regis corporis custodia Antipa-
tro evanisset, Alexandrum dormientem inter-
ficerent. Contigisse uero, ut quidam tradidunt, uia
Alexander totam eam noctem insomnem in-
potationibus ad lucem usq; perduxerit Ari-
stobulus scribit, mulierem quandā natione Sy-
ram, qua interdū Apollinis furore correpta,
futura prædicens Alexandrum sequebatur,
primo regi ac ceteris ueluti lēuem ac uanam
irrisui fuisse: mox ut eius uaticinia ex multis
exemplis cōprobata est, iam non amplius con-
temptus habitam, permissemq; ei, siue noctu si-
ue interdiu uelleret, ad regem ingredi: quinetiā
quiescenti sāpe propter assūlere solitam. Hanc
tum forte cum numine impleta esset, regi è con-
uicio recedenti obuiam factā orasse, ut ad con-
uicias reuertetur, ac reliquam noctem ibidem
ageret. Alexandrum suspicatum diuinos hosce
monitus esse, continuo ad conuicias reuersionem,
conuicio in lucem protracto. Adolescentium
consilia frustrata. Postridie Epimenem Ar-
sei insidiarum participem, Charicli Menandri
alim amatori suo rem aperuisse: Chariclé Eu-
rylochó

tylocho Epimenis fratri. Exinde Eurylochum ad Alexandri tabernaculum profectum, ad Ptolemaion Zagi, Ptolemaum mox cōsilia ad Alexandriū detulisse. Quo, cognito Alexandrum coniuratos comprehēdi iussisse: illos quæstione habita de se confessos esse, alios quosdam nominasse. Aristobulus assertit, Callisthenem in his criminatione, ueluti tam temerarij consilij autorē: quod & Ptolemaeus affirmat. Sunt quoq; qui de hac re nihil scribant. Sed id tam Alexandriū proprie ingens odiū, quod iam in Callisthenē animo conceperat, & Hermolai consuetudinem, haud difficulter persuasum, illum coniurationis concium fuisse. Aliqui etiam tradunt, Hermolaum inter Macedonas productum, propalam confessum, structas à se Alexandro insidias, neque enim amplius libero homini Alexandro contumelias frenandas esse, omnīaq; à se ex ordine, quecūq; superbe & crudeliter perpetrasset, enumerata: iniustam Philaræ mortem, Parmenionis patris & eorum qui nunc necabantur iniustiorem: Cuius per temulentiam necem, patrī culcus mutationem, iam adorationem expeditam: ad hac porationes, somnos, ac luxus. que cum diutius tolerare non posset, uoluisse semet ac cateros Macedonas tam gravi scrutute liberare. Tum Hermolaum, & cateros comprehensos, lapidibus obrutos. Callisthenem uero Aristobulus

bulus scribit, compedibus uinctum duci ius-
 sum, paulo post morbo correptum interiuisse.
 Ptolemaeus primo tortum, deinde suspensum
 uitam finisse. ita nec hi quidem scriptores,
 quorum magna est autoritas, quiq; tum ambo
 apud Alexandrum essent, de re tam mani-
 festa consentiunt: ut mirandum non sit, si ca-
 teri scriptores non eodem modo ista narra-
 uerint. Sed de his ista dixisse satis sit: qua li-
 cet haud multo post tempore facta fuerint,
 cum in Cliti mentionem uenissimus, huius lo-
 ci ac temporis huiuscemodi narrationem ma-
 gis esse existimauit. Ut autem ait res redeam,
 à Scythis denuo legati uenore, Europam in-
 colentibus, cum his quos ipse ad eosdem Scy-
 thas miserat. Veniebant enim legati Scy-
 tharum à fratre eius, qui oratores ad Ale-
 xandrum miserat. namq; is qui prius regna-
 bat, interim dum legati Alexandri profici-
 scuntur, è uita exceperat. Summa legatio-
 nis fuit: Scythas paratos esse Alexandro
 imperata facere, muneraq; amplissima affer-
 re. Ad hec, regem filiam suam in amici-
 tie ac societatis pignus Alexandro uxo-
 rem polliceri: quam si uxorem deditur,
 Scytharum se principum filias, ex aliorum
 quicunque inter Scythas dignitate excelle-
 rent, ijs quos Alexander chariores habe-
 ret, matrimonio copularium. quinetiam ex

se

Se quoque si is ira uellet, accessuram, utique
per legatos sponderet, praesens comprobaret.
Per eosdem dies Pharamanes Chorasmenorū
rex, cum equitibus M D . qui se finitimum Col-
chis atq; Amazonibus aiebat esse, ad Ale-
xandrum profectus, pollicitus est et, si regiones
ellis adire in animo haberet, gentesq; Euxini
ponti accolas imperio suo subjiceret, se & ducē
itineris forc, & in exercitum cōmeatum para-
tetur. Alexander primum ad Scytharum le-
gatos usus est oratione benigna, ac maxime tē-
pori accommodata: Coniugis se Scytharum nō
egere. Deinde Pharamane amplissimis uerbis
laudata, & in amicitiā ac societate recepto, nō
dari sibi in Pōtum excundi opportunitatē re-
spōdit. Carterū adducto in colloquiu, cum Ar-
tabazo Persa, cui Bactrianus res cōmiseras, &
cum ceteris qui erant Artabazo frumenti, cum
ā se dimisit, edoctum, sibi tum in animo esse res.
Indicus: quibus expeditis, tota se Asia po-
situm, in Graciā reuersurum: atque inde
per Isthmopontum ac Propanidem cum o-
mnibus copijs naualibus ac terrestribus, Eu-
xinus pontum petiutum, quo tempore opera-
atq; opibus eius ut flatuisse. Post hac rursus ad
Oxū flumen iter rapit. decreuerat enim in Sog-
dianos proficiisci, quoniam Sogdianorum mul-
ti in loca munera cōfugiisse cerebātur: nec pare-
re illi, quem ijs praesidem constituerat. Vbi ad

Oxum uentum est, non procul ab eius tabernaculo castris positis, gemini fontes, alter aqua, alter oleum fundens, repente exorti sunt. Quod ubi Alexander Ptolomeo cognovit saeclo sacrificio, cum uates consuluisse, olei fontem laborem quidem, sed uictoriam promittere tristander ait. Itaq; Poliperconte, Attalo, Georgia, ac Meleagro apud Baltra relatis, quo Barbarorum alios à rebus nouandis deterrent, alins adhuc resistentes opprimerent: ipse cum reliquo exercitu in Sogdianos ire perrexit. Et in quinque partes diuisis copys, tribus partibus Ephesione praproposito, quartam Cœno et Artabazon ducendam dedit. ipse cum catbris, Maracanda proficisciatur. Illi igitur profecti, prout cuiq; sors dedit, loca munera in qua Sogdiani confugerat aggressi, deductionem voluntarie facientibus in fidem receptis, catros qui resistebant ut parere coegerunt. Postquam uero uniuersus exercitus maiore parte Sogdiana prouincia peragata, Maracanda conuerit, Ephesionem misit, qui in urbes Sogdianorum desertas colonias deducret, Cœnum et Artabazum aduersus Scythas, quod nunciatum fuerat, Spitamenem ad illos profugisse. ipse cum reliquo exercitu, catra oppida que resistebant adorius, hanc difficilier subegit. Dum hac aguntur, Spitamenes etiam eo nonnulli Sogdianorum exules, ex his
qua

qui ad Scythes se contulerant, Massagetis
equitibus sexcentis sibi adscitis, in Bactrianos
repente profecti, Phrygianum praesidij prefe-
ctum nihil tale suspicantem capiunt, praesidio
omni casu. Quo successu animis sublati, paucis
post diebus Zaraspam profecti, quia urbem ag-
gredi non audebant, aliquanto procul subsistē-
tes, agro latè popularato, cum magna præda dis-
cedebant. Erant in ea urbe equites nonnulli
ex amicorum ordine, quos in ualeudinis causa
Alexander præsidio reliquerat, et cum his
Pithon Sosiclei regiae familie praefectus, et
Aristonicus ciثارœdus. isti; repentina Scy-
sharum incursione cognita (iam enim morbo
deuaci arma ferre poterant) cum equitibus cir-
citer octoginta mercenarijs, et item ex regijs
adolescentibus, hostes inopinantes aggressi,
ablata præda plerosq; eorum cæciderunt. Re-
ducuntis cum præda incompositi (ut fit) nullo
certo autore, aut duce, Scytha, qui in insidijs à
Spiramene locati fuerant, improviso adorii se-
piem ex amicis, de mercenarijs equitibus L X.
interemerunt. Aristonicus quoque ciثارœ-
dus, qui in ea pugna non ciثارœdum se, sed
suum slrenuum gesserat, Pithone ab hostibus
capto confessus est. Hac ubi Cratero renun-
tiata sunt, celeriter cum suis aduolat. At
Massageta ut illum appropinquare accep-
rant, arrepta fuga discessere. quos Craterus

n 5 insec

insectus, cum haud procul à solitudine na-
 tūras esset, aeroci prælio commissis, Scythæ in
 fugam uersi sunt centum & l. equitibus ca-
 sis, reliqui solitudinis propinquitate seruati.
 Macedonibus persequendī facultate adempta.
 Inter hæc Alexander Artabazo petensi, à
 prefectura Bactrianorum propter senectu-
 rem absoluто, Amyntam Nicolai in eiusdem
 locum suffecit. Cœnoq; ibidem relicto cum suis
 ac Meleagri copijs, ex amicorion equitatu cir-
 cuer c c c c hastatis equitibus, tuus ex Ba-
 ctrianis ac Sogdianis, alysq; quis Amyneas
 prefuerat, eos omnis Cœno parere, & in So-
 gdianis hybernare iussit, ut regioni præsidio
 essent, si forte se per hyemem Spitamenes in ea
 loca conferret. qui ubi agnouit omnia undi-
 que loca Macedonum præsidij teneri, sibiq;
 fugam difficilem, in Cœnu sese uertit, ueluti ab
 ea parte facilius erupturus. Inde Gabus pro-
 fectus, Sogdianorum oppidum, natura muni-
 sum, & in Massageterum ac Scyharum fi-
 nibus opportune situm, ad tria millia scyha-
 rum equitum facile in bellis societatem traxie.
 Horum Scyharum mira inopia est, minimo
 contenei nivis: simul quia neq; urbes, neq; cer-
 tas sedes habent, neq; quod suum si possident,
 cuius amore teneantur: facile ad alia atque
 alia bella inducuntur. Postquam Cœno nun-
 tiatum est Spuamē aduenire, cum omnibus
 copijs

copijs obuiam profectus, acri praelio commisso
 Barbaros fudit, cæsis supra octingentis, de suis
 equitibus non plus xxv. pedestribus xii. des-
 deratis. Secundum hanc pugnam Sogdiani,
 qui pugna superfuerant, ex iuem ex Bactria-
 nis plerique, in ipsa fuga destituto Spitamene
 ad Cœnian reuerti, se in illius fidem dederunt.
 Massageta uero, ex Scytha, qui infeliciter pu-
 ginauerant, Bactrianorum ac Sogdianorum
 sarcinis direptis, cum Spitamene se in solitu-
 dines citatim recipiebant. Ceterum postquam
 acceperunt Alexandrum aduentare eo con-
 silio, uti deserta penetraret, imperfecto Spita-
 mene, caput eius ad Alexandru mittunt, tan-
 quam illum hoc facto ab inseguendo auersuri.
 Interim Cœnus ex Craterus Nautaca ad
 Alexandrum reuertitur: ex Phratapher-
 nes, ex Stasanor ille Parthorum, hic Streo-
 rum satrapes, cum copijs sibi attributis, usque
 mandauerat Alexander perfectis. Alexan-
 der apud Nauraca in hyberna ducto exercitu,
 quoniam per id anni tempus res geri non pa-
 serat, Phrataphernem in Mardos ac Tapi-
 ros mittit, qui Phradarion satrapen (qui sa-
 pius ad eum uenire iussus non paruerat) uinctum
 addueant. En Drangas Stasanorem praesidem
 mittit, in Medos Atropaté: quonia Exodotes
 eius provincia satrapes, rebus nouis studere u-
 debatur. Si amorem uero Babylonem iubet,

propter

propter Mazai Babylonij equitū ducis renun-
ciatam mortē Sopolim & Spocilū & Mena-
dam, in Macedoniam, qui milites ad se du-
cant. Similiter imminentē uere, ad petram in
Sogdianis sitam cum copijs proficiscitur: in
quam Sogdianorum multos confugisse audi-
rat, atque in his Oxyarti Bactrani, qui ab eo
defecerat, uxorem filiasq;: quod is locus na-
turali situ munitissimus, nulla uī capri posse
putaretur. Nanque ea arce rapta, nihil re-
liquum sogdianis fore uidebauer, quod eos
ad rebellandum inuitaret. Eò profectus, com-
perit Barbaros commecatus in longinquam
obsidionem importasse. Ea petra undique pra-
cisa ac praeceps erat: niuum altitudo, que il-
lius cacumen obtexerat, Macedonibus impor-
tuna, aquariorum copiam Barbaris suppene-
bat. Et quamuis nec humanis viribus, nec
operibus ullis superari posse uidetur: tamen
irritatus preferoci Barbarorum responso, simul
gloria cupidine succensus, si que natura con-
tra omnem uitium munierat ipse expugnasset, ex-
periri vires statuit. Nam cum primo euocasset
in colloquium Barbaros, salutem pactus, si
è petra excederent: per contemptum responde-
re, sui alatos sibi milites quereret, ueluti morta-
lium nemo scandere eò posset. Tiam Alexan-
der ira stimulatus, per praconē pronūciari in-
bet: Primo omnian, qui in petram euaderet,

XII. talenta: secundo iurem, ac tertio, deinceps:
 ceteris sua præmia: postremo. C. C. C. Daricos:
 præmium fore. Quo proposuo Macedones suo-
 pre ingenio glorie audi, aliquato etiam magis
 incensi sunt. Ex his Alexander ad C. C. C. dele-
 git, scandendis muris assuetos. Hi preparatis
 uectibus ferreis, quibus infixis adalligatis funi-
 bus corpora suspensa sublenarent, nocte qua se
 spensor ac abruptior petra erat, ex ob id negli-
 gentior, præfixis uectibus ubi maximè commo-
 dum uidebatur, in eam niti incipiunt, summoq;
 labore per abrupta atq; inuia reptates uerius
 quam eentes, sub lucem in summam rupem euad-
 dunt, x x x. ex ijs qui alta niue obrupii posseas
 reperi sunt desideratis: occupatuq; petrae uer-
 ticem, linteum circum caput a rotantes (ita enim
 iussi fuerant) ijs qui in castris erant significant,
 Quo animaduerso Alexander confessim mit-
 tit, qui denunciente ijs qui petra aditum custodie-
 bant, ne diuinus deditioñem differant: inuentos
 esse alatos milites illos, quos dixissent, ex ab his
 petra cacumen insideri. quorū aspectu inopina-
 to Barbari in stuporem uersi, cum plures ex ar-
 matos putarent esse, deditioñe facta petra pro-
 minus deserunt in ea Oxyarti uxori ac liberi ca-
 pii. Era Oxyarti filia Roxane, scripto-
 rum omnium consensu, post Dary uxorem,
 omnium quae terra: Asia haberet formo-
 ssima. cuius uise pulchritudine quamvis ada-
 masset,

masset, tamen ne captiuus usi mulieris per con-
tumeliam illusisse uidetur, non prius attigit,
quam eam sibi iusto matrimonio copulauerit.
Hoc ergo Alexандri factum iure magis dan-
dandum, quam reprehendendum sensuerim.
Atqui uxor Darij, que pulchritudine o-
mnes anteibat, aut desiderio non est morus,
aut unius moderatione se ipse uicit, repressaque
gloria studio. quanquam in summo etateis flo-
re, ex fælicitatis, que maxime solet nectorum
animos à recto ex ab honesto distrahere, ut
alienæ pulchritudini facile illudant. Quapro-
pter ex nunc fama obtinet, paulo post pugnare
qua ad Isson fuit, Eunuchum Darij uxor de-
cepis custodibus, ad Durion fugisse: quem ue-
nidit, primum quidem percontatum esse. Filij ne
ex uxor ac mater uiuerent? quas cum uiuere,
ac reginas vocari. Ex in pristino honore
haberi accepisset: rursus quæsiuit, an per Ale-
xandrum uxor casta esset? quod cum Eunu-
chus iurando affirmasset, Alexандri bo-
nitatem ac continentiam laudibus propè di-
uinis efferens: tum Darijan sublatis ad coelum
manibus, Te Jupiter rex, qui regibus inter ho-
mines praes, quiq; eorum opes conseruas, ero
quæsoq;, uti quod mihi dedisti Mcdorus ac
Perſarum regnum imperiumq; conserues. Sin
auecum tibi fecus sententia est de regno meo,
alioq; regnare manus, tum te ero obreſtorq;;

sus

ut Alexander potius quam alium quenquam eius compotem facias. Ita ne ab hostibus quidem quod honeste quis agit, negligitur. Oxyartes ita audiuit Petram, et in ea suos captios esse. Rhoxanem uero filiam ab Alexander uxorem haberet: confessionem ingenii spe commotus, cum ad eam profectus esset, in magno (ut par erat) propter affinitatem honore apud illum fuit. His apud Sogdianos gestis, Alexander ulterius in Paratacas processit. In ea namque regione aliam petram natura munitionem ferebant esse, in quam plerique Barbarorum stirps freui configissent. Ea Chorienus appellabatur: in quam et ipse Chorienes, et multi secum populares sui se recuperant. Erat eius altitudo ad xx. maximò stadia, per ambitus circiter l. x. Ipsa undique suspensa, et confragosa, non tantum calle, et eo quidem per angusto, ac manu facto, uixque singulis militibus peruto. Hanc quoque munitiorem faciebat ingens quedam circuitu sylua, quam ut opera admoueri possent, prius cedi necesse erat. In teneis tamen difficultibus Alexander opus aggredi insisteret, nihil omnino sibi inaccessum aut invictum existimans, eò fiducia ob perpetuam felicitatem processerat. Cesa itaque primum materia (mulae enim ac procene abies circa petram erant) scalus fieri imperat, neque alia euadendi in petram facultas erat.

erat. Et interdiu quidem Alexander operi inslabat, cum dimidia exercitus pars noctu uero reliquo exercitu in tris partes diuiso, Perdiccas, Leonnatus et Ptolemaeus per uices opus curabant: nec per diem plus x x. cubitis, nocte paulominus, quamvis uniuersum exercitus operante (tanta erat difficultas operis) efficiebatur. scandendo gradatim palos ficebant, inter se distantes, quantum scilicet esse ad sustinendum pondus intellectum uideretur. quo facto, super iniectis cratibus, iisque; ingesta humo, ponte iungere conabanteur petram, quo ueluti per plana exercitus transiret. Barbari ab initio hostium conatus tanquam uanos irridere. Postquam uero sagittis peri cœperunt, nec ipsi iam poterant opus facientes superne ladedere, propter munitiones interiectas contra iaculorum ictus: Chorici exterritus tantis molitionibus, misericordia ad Alexandrum, oratum uti ad se Oxyartem ire patiatur. Quod cum Alexander concessisset, ingressus ad eum Oxyartes, ut deditio[n]em faciat suadere incipit: nihil Alex[ander]ri, Macedonumq[ue] uirtutis imperium esse. ad haec regis fidem ac benignitatem extolle[re], cuius ipse insigne exemplum esset. Quibus persuasus Chorici, ad Alexandrum se consultit, et cum ea nonnulli familiares. Isq[ue]; ab Alexandro in fidem et amicitiam cum easteris receptus est. iussusq[ue]; aliquem e suis miscere,

mittere, quā mandaret, uti qui initus erant, petra excederent: confessum dicio paruit. Quo facto, Alexander assumptis argyrapidibus quingentis, petram inscendit, ac diligenter insperxit. Tantumq; absuit ut in Chorienem aliquid indignum statueret, ut petram eius fidei rursus commiserit, ducatumq; equitum (quo prius honore fungebatur) ei ratum esse decreuerit. Interim dūm petra obsidetur, cum per hyemem nix alicè terram operuisset, ingens pabuli ex commatum penuria in castris secuta, maliq; milites atq; equi affluti sunt. Itaq; Chorianes, quo accepta liberalitati aliqua ex parte responderet, frumentum unumq; in universum exercitum in duos menses, salvasq; carnes in singula tentoria exhibuit. que omnia sive decimam partem eius, quod in diuturnam obsidionem in petram comportauerat, aiebat esse. Quia ex re Alexandri in se gratia non parum aucta, maiorem apud eum honorem promeruit: quod non magis in, quam uoluntate deuisionem fecisse uideretur. His rebus gestis, Alexander in Bactra proficisciuit, Cratero cum sexcentis amicorum equitibus, suoq; ex Polypercontis, Attali atq; Alceta peditatu, aduersus Catanem ex Aylanem, qui soli adhuc ex omnibus Paritacentis arma retinebantur, misso. Vbi in pralium ueniam, Paritacens sancti sunt, Catane imperfecto, Aylanis ue-

rō uino



rō nūo ad Alexandrum perducto : equitibus
 præterea c x x. casis, pedib[us] prop[ri]e M. D.
 Quo factō, Craterus cum peditatu ad Ale-
 xandrum in Bactrā profectus est : ubi de ado-
 lescentibus Alexandro insidias parantibus,
 & de Callisthene contigit. Ex Bactris Ale-
 xander incunē uere coactis omnibus copijs
 in Indos mouit, Singula ibidem relatio, ex
 cum eo tribus milibus, & D. equitibus, peditum
 decem nūlibus. dcccimoq[ue] die transfinisso Canc-
 so, peruenit Alexandriam, quam ipse conde-
 derat. Cum primum Bactrā profectus est, amo-
 uitq[ue] urb[is] præsidem, quod non recte res illas
 administrasse : missis qui urban frequentio-
 rem faccrente, Nicanorej; uno ex amicis cum
 copijs sibi attributis, ac Tyriaspē urb[is] ac relo-
 que Paraspamisadarum prouincie surapte
 facto, ad Cophenum annem, indeq[ue] Niceam
 iter faciens, sacro Palladi facto, ad Cophenum
 processit : Taxile, ac cateris, qui trans annem
 incolebant, sibi obuiam prodire iussis : Et Ta-
 xiles quidem, ac cateri equitum duces, nihil mor-
 rati sunt : præter preciosa munera elephantes
 circiner x x v. quos fortè habebant, se datu-
 ros polliciti. In his locis diuiso exercitu, Ephae-
 stionem ac Perdiccam in Peucelaotes cum
 Gorgie Cliri at Meleagri copijs, & parie
 equitum amicorum, omniq[ue] præterea mercen-
 riorum equitatu aduersus Indum flumen pre-
 missis

mittit: mandatis traditis, uti per quos iter faciendum esset, aut uoluntate aut si ad deditio-
nem cogant: cumq; ad Indianum flumen peruen-
tissent, traiicendo exercitū necessaria præpa-
rent: Cum hic et Taxiles et ceteri equitum du-
ces suae gentis missi, ubi ad flumen uenimus est,
continuo que Alexander iussit, effecta.
Estis uero eius regionis satrapes cum res no-
uas moliretur urbe, in quam confugerant, cir-
cuer xxx. dies ab Ephesione obsessa, et
capta, imperfectus est: urbis custodia sagaeo, qui
iam Altim fugiens, ad Taxilem se contulerat,
tradita: cuius rei causa erat ei apud regē fides.
Alexander uero cum argyra spidum manu, et
reliquo amicoru equitatu, sagittariis Agricola-
nis, atq; hastariis equitibus in Assios, Thyreos,
atq; Trasacos processu, eumq; iuxta annem,
quem Choem uocant, per montana aspera ac
difficilia eundum esset, peditatu omni sequi iusso-
cum cetero equitatu, et ex peditatu Macedo-
num circuer octingentis, ijsq; in equos imposi-
tis, pedestria scuta gestantibus, magnis iinvenio-
bus contendebat: quod accepit accolus Bar-
baros, resistendi animo in montes finitos, at-
que in ea oppida que munitiona uidebantur
confugisse: eam quinq; urbe, qua prima occurrit,
ex itinere aggressus, oppidanos pro uenibus
instructa acie dispositos, primo impetu fasos
intra portas reiecit. At dum audiens prælia-

o 2 tur,

sur, thorace iaculo traicto, uulnus in humero, sed leue, accepit. thoracis nanque crassitu-
 do obstitit, quo minus ferrum in huncerum pe-
 nitus descenderit. Ptolemaeus quoque Lagi, &
 Leonnatus, in ea pugna uulnerati. Deinde
 Alexander quia murus minus firmutatis ha-
 bere uidebatur, sub urbem castra ponit. Postri-
 die prima luce Macedones mœnia aggressi,
 exteriorem murum (nam duplex erat) haud
 magno negotio superante. Cum interior murus
 oppugnaretur, Barbari aliquantum restuere.
 Postquam uero applicatis muro scalis, iaculis
 uulnerari coeperunt, non tulere uitam diutius: sed
 protinus deserta urbe, fœse in propinquos mon-
 tes receperunt. Quorum plerique in ipsa fuga
 imperfecti sunt. nec ipsis quoq; parsim, quia nūis
 in potestatem uenerunt: tanta propter regem
 uulneratum ira uictorum fuit. Ea urbe diru-
 ta ad aliam Andacem exercitum ducit: quam
 cum oppidani sine si dedissent, Cratero cum
 alijs peditum copijs ibidem relicto. qui cetera
 oppida ad deditiōnēm cogeret: ipse cum argy-
 raspidis Agrianis, Cœniq; & Itali copijs,
 ex amicis turmis ferè quatuor, ac parte
 equitum sagittariorum, uersus Euaspolcos flu-
 men progreditur ubi Aſſassiorū duxit erat.
 magnisq; uineribus contendens, biduo ad urbē
 peruenit. Quam ut Barbari appropinquare sen-
 serunt, incensa urbe, in montes proximos se reci-
 piunt:

piunt: quos fugientes Macedones insecuri, ple-
 rosq; antequam in loca tua peruenient, inter-
 emerunt. Quorum ducem iam in collem quen-
 dam receptionum cum Ptolemaeus aspexisset, qua-
 uis pauciores milites circa se haberet, equo insi-
 dens eò contendit. Cumq; is locus propriè ini-
 quiratè difficulter subiretur, relictò equo, pedi-
 bus Indū ingreditur. Quem ut Indus ad se ac-
 cedere propius animaduertit, cōtinua occurrēs,
 infestam hastam in eum distingit. Sed cum tho-
 rax ieiunum repulisset, irritus Indi conatus fuit.
 Ptolemaeus Indi femore trajecto, humili stratiū
 spoliat. Barbari circumstantes, ducem suum ex-
 animem conspicati, in fugam uersi. Qui uero in
 montes circumiectos se contulerant, cognita du-
 cis nece, decurrentes iuxta iacentis corpus ex-
 anime, protinus in pugnam renocant. Iam ue-
 ro ex Alexander aderat cum peditibus, qui
 ex equis descenderant. Ac neq; sic Barbari
 (taneus illos ob amissum ducem pugnandi ar-
 dor inuaserat) loco cedebant. sed conferti con-
 globariq; ex Ptolemai ex Alexandri impe-
 rum sustinebant: uixq; post multa uulnera ac-
 cepta, in montes repulsi sunt. Alexander de-
 inde cum ad urbem Arigaum descendisset, eam
 ab oppidanis concrematam ac desertam repe-
 rit. Dum haec geruntur, Craterus perfectis his
 que Alexander mādauerat, ad eum est profe-
 gius. Et quoniam ea urbs percommode sita uide-
 bat

batur, ad Barbaros in officio continentos, negotio Cratero dato uticam instauraret, ac uticam Barbaris suaderet, ut inter am cōmigrarent, et si quicquam de exercitu proprie et ac mīnū in ualidi essent: ipse ea loca petens, in qua Barbarorum plerosque fugisse accepterat, ad radicem montis quem insederant castris posuisse, Ptolemaum prædatum mittit. qui paulo longius à castris speculandis gratia progressus, confestim Alexander nunciauit, plures à se Barbarorum quam in ipsis castris ignes usos esse. Et Alexander quidem de igniū frequentia haud satis credidit: ceterum cum scisisset eius regionis Barbaros, eò conuenisse, relicta in castris exercitus parte, cum ceteris copijs eodem contendit. Vbi ad igneum prospectum uenientem est, trifariam diuisis copijs, unam partem Leonato, additis ei Aitali & Balacri cohortibus: alieram Ptolemeo, cum argyrapidis, Philippiq; & Philota milibus, ac sagittariorum duobus milibus, Agrianisq; et equitatus parte attribuit: tertiam ipse agens, eò se constitutus, ubi maiorem Barbarorum multitudinem annaduerit. Quem postquam appropinquare senserunt (tenebant enim superiora loca, multitudine præterea confisi) despecta Macedonum paucitate, relicto monte in planum delapsi, prelium incipiunt. Pugnatam est ab ea parte die usque acrior. ad postremum urgente Ma
cedonem

cedone, sicuti cesserunt. Quā uero Ptolemaeus curabat, non in plano uique pugnatum est. sed cum Barbari collē tenerent, q̄d; & acies in longum instruxissent, Ptolemaeus quā collis apparebat expugnatū faciliōr, eos ēnuadit: non usque colle circundato, sed loco ad fugam Barbaris de industria relicto. Et cum his quoque atrox certamen fuit, tunc propter loci sium, cum quod eius prouincia Indi ceterorum Indorum fortissimi sūne. ad postremū rāmeni & hi cedere coacti sunt. Eadem quoq; fortuna Leonnati fuit, quibus cum pugnabat, Barbaris depulsi: quadraginta milibus eorum, ut Ptolemaeus tradidit, capti: bobus supra ducenta, & xx x. milia. Ex quibus Alexander pulcherrimas quasque delegit, quas in Macedoniam mitteret, quod forma & magnitudine Gracis bobus praestarent. Exinde Alexander in Assacenos mouit, quos equitum duobus milibus, peditum terdecies mille, elephantis tricens coactis se se ad praliū parare nunciabatur. Inter hac Craterus peractis que Alexander imperauerat, ad eum cum copijs acceperit, adductis gravioris armature militibus, conuictisq; operibus ac tormentis, sicuti his opus fore in oppidorum oppugnationibus contingat. Deinde Alexander cum amicorum hastae eis equitibus, Cœniq; & Polypercontis copijs, & Asrianis mille ac sagittarijs, in Assace-

*nos ire pergit , per Guræos iter faciens iuxta
flumen eiusdem nominis. Difficilis transitus
ipsius annis fuit , tum propter altitudinem ex-
rapiditatem , tum propter rotundos lapides ,
quos suo cursu trahit (neque enim solam , ue-
plerique , fabulosum est) quibus lapidibus nec
hominum nec equorum uestigia fissi poterant .
At Barbari postquam Alexandrum per-
transito flumine propriorem factum cognoue-
runt , exterriti , diuiso exercitu in diversa oppi-
da se recipere salutis causa cogitabant . Cate-
rum cum Alexander ad Masaga urbem , que
erat eius regionis opulentissima , duxisset , oppi-
dani Indis mercenarijs freti (erant enim ad se-
ptem milia) eruptione facta , castra aggre-
diuntur . Quod Alexander conspicatus , quo
illos à muris aliquanto longius abstraheret ,
postquam in se concitatos uidet , aduersus col-
lem quendam à flumine remotum , ubi castra
facere decreuerat , ad septem maximè stadia
cedere Macedonas iubet : quos oppidani me-
tu cessisse opinati , in eos tanquam obfessos ex-
clausos temere feruntur . Postquam intra sagit-
tarum iactum accessere , Alexander dato si-
gno protinus in eos conuerti imperat . Primiq;
omnium hastati equites cum Agrianis ac sa-
gittarijs in eos irruunt , ipse cum phalange in-
structa subsequitur . tum Indi re inopinata com-
sternati , effuso cursu urbem repetunt , ducentis
fusorum*

suorum desideratis, sese intra urbem trepidantes receperunt. quos cum Alexander phalange admota persequeretur, calcem sagittarum perstrictus est. Postridie tormentis admotis, muri parte disiecta, cum per ruinas Macedones intrare niterentur, ex ab Indis strenue repulsi essent, receptui cani iussit. Vbi alter illuxit dies, Macedones rursus maiore conatu urbem aggrediuntur, turri lignea moenibus admota, ex qua sagittas ac iacula in oppidanos mittebat. Sed nec sic quoq; (tanta ui restitere Barbari) peruadi in oppidum eo die potuit. Tertio exinde die Macedonum phalage ruinis denuo admota, ex lignea turri ponte superinecto, argyra spidas, à quibus Tyrus antea eodem modo capti a fuerat, inducit. ceterum cum certatim simul regis causa, simul gloria studio, ijs sese in pontem coniuentibus, pons ipse oneri cessisset, qui superstiterant corrucere. Tum Barbari, alijs supernè clamore sublato lapidisbus atq; omni genere telorum eos petere: alijs per portulas turribus interieetas subito egressi, illos ob casum sese agre mouentes ferire. Quo uiso Alexander accepitam cum copijs confestim mittit, qui laborantibus opere ferat: receptusq; saucij, eos qui adhuc pugnabant, in castra reuocet. Quarto deinde die, alijs operibus alibi muro appulsi, pon teq; iacto, cum oppugnari denuo oppidum cœpisset, Indiq; mercenarij ex aduerso opposuit.

o 3 prima

primo fortiter resistere. Postquam uero ducenti
 suum uulnere accepto occubuisse conspexerunt,
 multos sive suorum occidisse, multos etiam ex uul-
 neribus ad resistendum inuiles factos, ad Alex-
 ander mettunt qui polliceatur, si sibi saluis
 abire liceat, se se uirbe excessuros. id ita demum
 Alexander se eis concessurum respondit, si ma-
 litare secum uellent. Quod cum illi receperint,
 destitutis oppidanis cum armis ex oppido re-
 pente egredi, scorsum a Macedonibus castris in-
 quedam colle opposito castra faciunt: eo ani-
 mo, ut nocte arrepta fuga, quod ferre arma con-
 tra Indos nullone, domum reuenerentur. Quo-
 rum consilij rex certior factus, eadem nocte, col-
 le in quo constiterant cum copys circumcesso,
 eos omnis ad internectionem cecidit: urbemque
 defensoribus destitutam, protinus uicepit: ex
 in ea Assaceni uxorem, matrem ac filiam: de-
 exercitu eius non plus xxv. in tota obsidione
 desideratis. Exinde Coenam, Baziram missu-
 ratus oppidanos Assacenorium casu perculso,
 exemplo ditionem facturos: Attalo, Alex-
 ea, ac Demetrio ad Oram oppidum missis, qui
 interim dum ipse eodem proficeretur, urbem
 circumuallari curarent. Qui prosectori cum iam
 oppido appropinquarent, ex oppidani eru-
 ptione facta in eos imperium fecerunt, paruo ne-
 gotio illos inera muros reiecerunt, Baziren-
 ses quoque naturali munimento oppidi mo-
nibus

vibus freti, prater opinionem Alexandri Cœno restiterunt. Quod nbi accepit, eò proficisci cùm exercitu statuit. Caterum edictus, nonnullos Barbarorum finitimorum ab Iasbyfaro missos auxilio oppidanis, Oram ingressuros, mutato confilio, primum ad Oram ducit: Ceno aduersus Bazirenses castris communius, et in his idoneo praesidio relicto, ne ciues agris fruere possent, cum reliquis copys ad se ire iussò. Bazirenses ne uiderunt Cenum cum magna copiarum parte discessisse, contemptu paucitate eorum qui relicti fuerant, subito in castra emperunt. Pugnatum est inter se diu, neque acriter: quo pralio Barbarorum fermè quingentis casum, supra septuaginta capti, tateri in urbem compulsi, nec post eum pugnam oppidum exire ausi. Profectus Alexander, adnotis copys, primo impetu urbem debellauit: elephan-
tis, quos ibi reperit, xuperis. Postquam Bazirenses Oreorum urbem capiam audiuer, uirtibus diffisi, circa secundam noctis vigiliam deferto oppido, in petram, quam Tornum vocant, quò et alij Barbari finitimi se receperant, repente configiunt. Hanc petram naturali munimento Barbari existimabant, nullo humano consilio aut si capi posse: famaq; tenuit, neque ab ipso Hercule Ione sa-
to, cuius uirtutis nihil inuictum esset, expugnari potuisse. Caterum an ullus Hercules

finis

sive Thebanus, sive Tyrius, sive Aegyptius ad Indos penetrauerit, pro uero affirmare non possum. Magis autem opinor, nullum eorum eò peruenisse. Ceterum difficillima quaque, et fa-
cta ardua, eò usque à mortali bus augeri solent, ut uel ab ipso Hercule fieri non posse dicantur. Idem ego de hac perra sentio, propter expu-
gnandi difficultatem, eius capta famam et in
Herculem ipsum relatam esse. Huius ambitum
ad ducenta maximè stadia esse tradunt: aliud
dinem, quà est humilior, stadiorum x i. unoq;
tantum calle, manu facta, eodemq; difficillimo,
adiri posse. In eiusdem uertice uitidum fontem
ac perennem manare, qui per subiectam syl-
lam scè effundens, solum fœcundet: tantumq;
agri circa esse, quantum in mille hominum ali-
menta satis sit. Quæ cum Alexander audisset,
miro quodam desiderio illius expugnanda cor-
reptus est: uel maximè propter fabula de Her-
cule uulgatam. Itaque Ora oppido, et Massa-
saga, præsidio firmatis, Bazira muros euerit:
Ephæstione quoque et Perdicca Orobaris
mcenia solo aquare iussis. qui relicta ibidem
præsidio, ad flumen Indum profecti, omnia iam
pro iungendo flumine ab Alexander impe-
rata fecerant. Regioni citra Indum sita, Nica-
norem unum ex amicis præposuit, cum Indum
flumen peteret. Peuceliorum oppidum, hanc
procul ab amne situm, oppidanis deditionem
faciens

facitibus recepit: imposuoq; præsidio, eiq; pre-
 posito Philippo, cetera oppida ad Indum sita
 continuata uictoria expugnabat, sequentibus
 eum Cophæo & Assagete, eius prouincia re-
 gulis. Postquam Embolima peruenit, qua urbs
 non procul ab Aorno sua erat, Crate-
 rum cum parte exercitus ibi relinquit, qui ex
 frumentum & cetera in diuturnam obsidio-
 nem necessaria conuehat: eo consilio, ut si aut
 si, aut arte non possit, eos qui se in petram in-
 cluserant longa obsidione fameq; superare con-
 tendat, nisi eam primo impetu caperet. Assum-
 pris itaq; Agrianis ac Coen copijs, delectisq;
 ex reliquo pediratu leuioris armaturæ militi-
 bus ducentis, præcerea ex amicorum equitatæ
 ex equitibus sagittarijs centum, ad petram
 proficiuntur. Cumq; altero die haud procul à
 petra peruenisset, castraq; posuisset, quidam è
 Barbaris finitimis ad eum profecti ostende-
 runt, qua maximè parte petra superari posse
 uideretur: seqj; in id duces polliciti. Quibus lau-
 datis, Ptolemaum Lagi cū Agrianis, & alijs
 leuis armatura milibus, & argyrapidibus
 aliquot delectis, duces sequi iubet: qui postquam
 uerticem occupassent, signum prætendant. Pto-
 lemaeus duces fecutus, summo militum labore
 per insula atque abruta, non senicribus Bar-
 baris, demonstratum locum continuo occu-
 pat: eoq; uallo ac fossa communite, incensam
 facem

facem (quod signum conuenerat) attollit. Quæ
 ex castris prospecto, Alexander postridie
 exercitum petra admonit. Ceterum resistenti-
 bus Barbaris ob loci iniquitatem, conatus eius
 frustra erant. At postquam Barbari ani-
 maduererunt, Alexandrum ab ea parte
 frustra niti: in eos quos cum Ptolemeo clam in-
 scendisse cognoverant, se conuertunt: atroxq;
 pralium committitur, Indis uallum distractuere.
 Macedonibus locum tutari admitemibus. De-
 cum Barbari Macedonium iaculis repulsi-
 cum nox instaret, retrocessere. Ea nocte, qua se-
 cura est, Alexander Indum quendam perfun-
 gam, locorum peritum, ad Ptolemaum cum li-
 teris mittit: quibus monet, uti cum postridie
 petra copias rursus admonisset, ipse eodem tem-
 pore ex superiori parte hostes inuadat: quo
 uirinque petiti, inserti essent. cui potissimum
 parti succurrerent. Ipse ubi alter illuxit dies,
 eductis copijs eò proficiscitur, quo Ptolemaeus
 clam hostibus concenderat: arbitratus, si su-
 perata inde petra, inuitis Barbaris, cum Pto-
 lemao coniungi posset, fore uti facile uoto suo
 potiretar. Nec alius sancè atq; ipse cogit aue-
 rat, res euenie. Itaq; postridie eius diei ab ea
 parte nitens, cum obuios arque infestos habe-
 ret hostes, agrè consendebat: tractoq; in me-
 ridiem acri pralio, cum tamen Macedones non
 desisterent alijs alijs sensim succedere, prioresq;
 interim

Interim à labore reficerentur, uix ante noctem
euadere in petram potuit: superato monte, de-
novo ad eam partem que munita erat, copias
ducit. Sed his quoq; dies (tanta erat per loca
inaccessa atq; a viae subeundi difficultas) frustra
consumptus est. Sub lucem milites iubet singu-
los, centenos uallos cadere, sylua circumiecta
materie copiam suppeditante. Quibus compor-
tatis, aggerem à summo colle ad petrae muni-
menta porrectum, intratela iactum moliri ag-
greditur, uti propugnatores Barbaros sagittis
ac ieculis abinde arceret. ipse instans operi; alios
impigrè molientes laudare, alios segniores ca-
stigare atque incendere. Et primo quidem
die quanquam infestis Barbaris, in statu fermè
longitudinem aggere perducto, operibusq;
funditoribus ibidem dispositis, Indorum impe-
tus coercitus est, atq; ita agger triduo perfe-
ctus est. Quarto deinde, cum Macedones ali-
quot collem quendam petra oppositum aqua-
lis altitudinis capiissent, confestim Alexander
eodem contendit, aggeremq; ad eum col-
lem continuare cogitauit. Quem cum moliri or-
sus esset, ac iam ex magna parte effecisset, at-
toniti ac pròpè consternati Barbari, quod eum
collem rebantur capi non posse, diffisi petra
munito, ad Alexandrum mittunt quæ
deditio nem pollicentur, si sibi tuto abire li-
seat. Quod cum Alexander concessisset, omni
præse

præsidio procul è circuitu amoto , spatiō ad
 discedendum dedit. Assumptis deinde corpo-
 ris custodibus & argyrapidis circiter septin-
 genitis, primus omnium petram inscendit. Ma-
 cedones quoque aliis alia, sese mutuo adiun-
 ges, eodem ascenderunt, Barbarorumq; pleros-
 que fugientes naclī interemerunt. quorum non-
 nulli sese in abrupta precipitantes , perierunt.
 Poeitus petra Alexander , quam Herculem
 superare nequissimam fama erat, rem diuinam fe-
 cit : eius custodia Sisicopo à Besso transfuga,
 cuius opera fidelis in Bactrianorum expugna-
 zione usus fuerat, commissa. Inde abiens, Assa-
 cenos inuadit. Namque Assaceni fratrem in
 montes configuisse, cum aliquot elephantis, nun-
 ciabatur: & cum eo multos finitimorum Bar-
 barorum. Cum autem Dyrtam urbem petisset,
 eam cum agris circumiectis ab incolis metu
 destitutam reperit. Postridie Nearchum &
 Antiochum , qui singuli mille argyrapides
 ducebant, cum Agrianis leuis armatura , ac
 tribus milibus pedium mittit: qui comprehen-
 sis aliquibus eius regionis Barbaris, & mores
 eorum, & bellandi consuetudinem, & elephan-
 tes exquirante. ipse interim ad Indum flumen
 pergit, præmissis qui uiam expediant (quod lo-
 ca illa impedita esse serebantur) captis Barba-
 ris quibusdam certior factus est, prouincia eius
 incolis ad Barisadem se recepisse, elephantis
 in pa

in pascuis apud Indum flumen relictis. Quo, cognito, duci se ad elephantos iubet. Sunt autem Indi eius generis animalium studiosi uenatores, et ob id eisdemodi homines charos habebat, ijsq; delectabatur. Nam bellus bellus, cum eas agitare coepisset, due earum editiora petentes loca, cum inde se precipites dedissent, perierunt. quadam comprehensa, qua ex sessores pari, ex exercitu uersari ab Indis postea edocla sunt. Syluan quoque ceduum iuxta flumen reperit: qua confestim à milibus casa, nubibusq; adificatis ad pontem, quem Ephastio ex Perdiccas iam ancè effecerant, cum copijs uectus est.

ARRIANI NICOMEDEN-

SIS DE REBUS GESTIS.

Alexandri Magni regis

Macedoniam li-

ber v.



N H A C regione, qua inter Copphenum & Indum annes interiacerit, urbem Nysam sitam ferunt. eius conditorem Dionysium fuisse: conditam uero, qua tempore in Indos profectus, eam gentem domuit. Quis uero is Dionysius fuerit, quo tempore, aut unde in Indos accesserit, nequeo satis coniectura consequi: sicut ne Thebanus ille,

P qui

qui ex Thebis, aut ex Tmolo monte Lydie in Indiam cum exercitu profectus, tot pugnacissimas gentes, & tunc Gracis ignotas, subegit. nihil enim comperti habeo. Ceterum haud necesse arbitror ea accuratius innestigare, quae de ijs antiquiores fabulariorum figuris vulgatae sunt. namque rerum naturam diligentius consideranti, interdum minus credibilia viderentur. ea, si quid diuinum inscratur, non omnino falsa aut inorendibilia videri solent. Itaque tocam disquisitionem in medio relinquaremus, & ad res gestas redeamus. Proficisciens cum exercitu Nysam Alexandro, miserunt ad eum Nysai Acuphim ciuitatis principem. & cum eo legatos. x x x. ex primoribus ciuitatis, oration, uia Deo suo urbem liberam esse permetteret: Qui ad Alexadrum introducti (iams enim castra posuerat) cum eum in tabernaculo sedentem inuenissent, nondum puluere deterso armatum, lanceam manu tenentem, galeamque caput obiectum: eius aspectu admirabundis, atque ad genua prostrari, aliquando silenzium tenuerunt. Postquam uero Alexander surgere eos, ac bonam spem habere iussit, Acuphis ita orsus est: Orane te o rex, Nysai, ut ciuitatem suam libram esse, ac legibus suis uel Dionysii gratia concedas: quam ille superatus Indis, cum in Graciam reuerteretur, in longaque peregrinationis ac uictoriae sue monumente

mandatum condidit, militibusq; suis, quos uel
etas uel inualetudo imbellis efficerat, inco-
lendam dedit. quemadmodum et tu ad Cau-
casian montem Alexandriae, et alteram
apud Aegyptios, aliisq; alibi in nominis
tui gloriam urbes condidisti, ac in posterum
conditorus es: utpote qui iam plura eo, atque
ampliora gesisti. Nysam hanc urbem a Ny-
sa, in qua educatus est, et provinciam Ny-
seam: montem uero, qui est urbi propior, Fe-
mur uocari uoluit, ex eo quod (ut in fabulis est)
in semore Iouis succreuerit. Ex eo tempore nul-
li seruumus, nostris legibus uientes: tum optima
reipub. disciplina, ac dignitate ciuiliter agimus.
Hanc urbem a Dionysio adificatam esse, tum
alia pleraque, tamen hoc maxime argumento est,
quod nusquam alibi apud Indos hederas na-
scitur, quam Deo illi gratiam fuisse non es ne-
scius. Hac itaque sedes, ut nobis ipsius Dei cul-
toribus libera perpetuo sit, quemadmodum per
tot secula ad hoc tempus fuit, per tuam bonita-
rem te o Rex obsecramus. Ea dicentem Acu-
phim Alexander non iniuritus accepit. cupie-
bat enim pro certis haberi, que de Dionysio
uulgata erant: urbem ipsam ab illo conditam
credi, tanquam et ipse iamisset quo Dionysius,
et adhuc ulcrius quam ille itu-
rus esset. cogitabat Macedonas haud amplius
longiorum militiarum detrectaturos, rerum

p 2 quas

quas Dionysius gesisset emulacione quadam
Itaque Nysaeis libertatem, & ut legibus
suis uterentur concessit. Deinde cum leges eo-
rum cognouisset, ciuitatemq; ab optimatibus
regi:is laudatis, ad se mitti trecentos equites
iussit, è quibus centum ex eorum numero per
quos respub. administrabatur: Acuphim re-
gioni præfecit. Ad ea postulata Acuphim
resisse ferunt. Cumq; Alexander causam ri-
sus interrogasset, respondisse: Quo nam modo,
ō Rex, ciuitatem aliquam centum bonorum
ciuium consilio destitutam, amplius rectè gu-
bernari putas posse? Si tibi Nysaeorum res cu-
ra est, equites c c c. ac plures, si uelis accipe-
re: sed pro ijs centum, quos ex reipubl. peritis
legi iubes, ducentos potius tibi dare patiare, ne
tibi reuertenti in eodem statu ac dignitate urbs
nostra esse uideatur. Hæc orans Acuphis (u-
debatur enim prudenter dicere) persuasit Ale-
xandrum uti pro ijs centum quos requisie-
rat, totidem quos uellet alterius ordinis acci-
peret: & in ijs filium, ac nepotem, quos miti-
randi cause nominatim petierat. Post hæc
Alexandrum cupido inuasit eius loci uisen-
di, in quo Nysæi monumenta quadam memo-
randa Dionysij esse referebant, ac monitem Fæ-
mur, cum amicorum equitatu & peditum ag-
mine: quem hedera ac lauro uestitū, lucos amoe-
nissimos & opacuiores ac uenatus omni gene-
re fæ

referariam containere prædicabant. Quò ubi per
uentum, Macedones latabundi, hederam in-
tuiti, tam longo pòst tempore à se uisam, coro-
nati lauro capita, Dionysij laudes canentes
ibant, ipsam deum uarijs appellationibus in-
uocantes. Factoq; sacrificio, ibidem cùm am-
nis epulatus est. Tradunt etiam nonnulli (si cuì
huiusmodi credibilita uidentur) plerosq; Mace-
donum, qui cum rege erant ex primoribus, nu-
mine correptos, bacchanium more discurrisse.
que ueruno credenda sine, an secus, unusquisq;
apud se iudicet. Ego uero Eratostheni Cyrenao
prorsus assentior, afferenti, quacunque Mace-
dones in rem diuinam retulissent, ea in Alex-
andri gratiam iactasse. Et de specu illa, quam
apud Paropamisades uidisse dixerunt, at fa-
bulam ab incolis pro uero acceptam, aut certe
rem ipsam ab iisdem confitam: antrum scili-
cket esse, in quo Prometheus olim religatus fuis-
set: aquilam eodem aduolare solitam, eius uisce-
ra depascentem: Herculis interueniu aquilam
imperfectam, Prometheus uinculis solutum.
Eosdem etiam Macedones fabulosa quedam
de monte Caucaso prædicare solitos, Caucasum
appellantes, qui esset Paropamisus: idq; in
Alexandri gloriam, tanquam ultra Cau-
casum profectus esset. Cumq; apud Indos, bones
clava iniustas uidissent, Herculem in his locis
fuisse coniectabat, eo quòd Hercules clava usus

P 3 effet.

effet. *Paria de Dionysii peragratione compo-*
sitæ, inde ipse Eratosthenes putat. Ego uero
que de his uulgata sunt, in mediū acculi. Ale-
xander ubi ad Indum peruenit, pontem iam
perfectum ab Hephaestione, & multas ibidem
diuersæ magnitudinis naues reperit: ad hac
uenisse à Taxile Indo munera, argenti talen-
ta circiter ducenta, bovin capita ad tria mil-
lia, pecudum decem millia, elephantes xxx.
Eques quoque Indi septingenti ab eodem
misi Taxile, urbe omnium inter Indum &
Hydaspem maxima tradita. Alexander dein
de sacrificio diis, quibus consueuerat, perpetra-
to, equestres ludos in ripa fluminis edidit. Sa-
cerificant exta letos rerum cunctus portende-
runt. Indus autem fluviorum omnium Asia
atque Europa, præter Gangem, maximus ha-
betur. oritur ex monte Paropamiso, sive (ut
Macedones appellabant) Caucaso: atq; Ocea-
nus, qui Indianam alluit, ad austriam effluit.
Duo sunt eius ostia, eaq; uadosa, quemadmo-
dum & quinæ Danubij ostia: deltaq; cursu
suo efficit, Aegyptio simile. que insula sic in-
tercisa, lingua Indica Patala appellatur. Et
hæc quidem brevibus de Indo flumine, tanquam
haud dubia perscripsi. namq; Hydaspes &
Acesines, itemq; Hydraotes & Hypasis Indorū
amnes, ceteris Asia amnibus multo amplio-
res sunt. Hi tamen Indo tanto minores, quan-
to ipse

eo ipse Gange minor. Ciefsus quidem si cui sa-
eis sit eius autoritas) asscrit Indum, qua est an-
gustior, ad x l. stadia in latitudinem extendit
qua latior, fermè centum. Alexander sub lucē
exercitum traiecit. E a regio Indorum est, de
quibus non est consilium hoc loco dicere, quibus
moribus, quibusū legibus utantur, quae mon-
stra ea plaga gignat, qua pisciū genera, quan-
tū magnitudine Indus, Hydaspes, & Gan-
ges, alyq; Indorum amnes ferant: neq; quales
formicæ aurū effodiunt, neque rursus Gryphes
auro defosso incubent, aliæne quæ ad uoluptatē
magis quam ad ueritatē inuentæ. quæ uicunq;
quis mentiatur, non omnia tamen refelli pos-
funt: licet Alexander & qui cum eo militar-
ueret, ista redarguerint, præter ea quæ suorum
quidam ememui sunt. nā esse Indos sine auto-
deprehensione est, eos uidelicet, per quos Alex-
ander profectus est. Nam multos quidem eius
gentis populos peragrauit, haudquaquam deli-
cys deditos: nec minores etiā ceteri Asiatici,
pragrandibus membris, ut sunt ferè Asiatici
amnes: in quib; multi quinque cubitorum, uel
paulo minus magnitudine, nigriores quidem
ceteris omnibus mortalibus, præter Aethio-
pis: in bello autem lange strenuiores ceteris
Asiam colentibus. Nam Persus illos, qua-
rum uirtute Cyrus Cambisa Asia imperium
Aedis abstulit, non possum rectè rebus In-
dorum

dorian comparare. namque ijs temporibus Persae pauperes erant, regio eorum aspera incultaq; leges & instituta habebant Lacedaemoniorum discipline maximè consentanea. Affirmare autem non possum, utrum clades ab ijs apud Scythas accepta, ex locorum iniquitate, vel alio quopiam Cyri errore ceciderit: an Persae Scythis, à quibus deleti sunt, quod ad rem bellicam attinet, deteriores essent. Sed de indorum rebus ac moribus, qua Nearchus & Megasthenes ac Eratosthenes clari uiri tradiderū, seorsum scribemus. Impresentiariū autē, quantum satis esse uisum est ad rerum gestarum narrationem, attingendum putauimus. Taurus mons amplissimus per omnem Asia porrigitur: à Mycale monte, qui est Samo insulae oppositus, incipit diuidensq; Pamphiliam à Cilicia, in Armeniam protendit: atq; inde in Medianam non procul Parthis & Charasmis penetrans, circa Bactrianos Parapamiso iungitur. quem Macedones Alexandriū secuti, quo Alexandri gloriam augerent, Caucasum nominauere: quasi trans Caucasum continua uictoria cum exercitu profectus esset. Forasse uero & hic ipse mons cum altero Caucaso Scythico continuatur, quapropter superius aliquando Caucasum vocauit, ac deinceps hoc nomine appellabo. Hic igitur Caucasus ad oceum orientalem & Indos perpetuo dorso precepit

tenditur. Flumina quacumque Asiam allunne
memoratu digna; ex Tauro & Caucaso na-
scientia, alia in septentrionem, & horum que-
dam in Mæotim paludem: quedam in Hyrcan-
ium mare, Oceanis sinum: alia in meridem, in
quis Euphrates, Tygris, Indus, Hydaspes, A-
cesines, Hydraotes, Hyphasis, & alia quacum-
que inter haec & Gangem sita sunt, in Ocea-
num exirent: aut in plano refusa, cursumq; si-
stentia, veluti Euphrates, occulto meatu sub ter-
ris labuntur. Ex quo Asia sive ita se habet.
Quod ante Taurum & Caucasum à Zephyro
vento in Subsolatum scinditur, haecq; due latif-
sima Asia partes à Tauro efficiuntur, una
quidem in meridiem ac Notum, eaq; à Tauro
clauditur: altera in Septentrionem ac Boream
conversa. Ex quatuor autem partibus, in quas
dividitur Asia, quæ in meridiem uergit, maxime
nam omnium Indianam tradunt Eratosthenes
ac Megasthenes: qui cion Sibyrtio strachio-
sorum satrape uersatus, nō semel ad Sandra-
conum Indoru regem se esse commemorat. mini-
mam, quæ Euphrates intersecat, ad mare no-
strum conuersam: reliquias duas, inter Euphratē
atq; Indū positas, si coniungatur, nix dignas esse
qua India aequisparetur. Terminatur India ab
oriente ex Subsolano usq; in meridiē, ab Ocea-
no: à septentrione, Caucaso mōte, ad Tauri usq;
cōfinia: ab occidente ex spulo uento in Ocea-

num, Indo amni: quæ plurimū per plana elabi-
tur, quæ planiciem ac solū à flumine factam
perant, quemadmodū & ir: alijs quibusdā lo-
cis contingit, que nō procul à mari campos ha-
bent: quorū pleriq; fluminum uī terrā limumq;
congerentium effecti sunt, ita ut antiquū regio-
nis nomen flumina ipsa retineant. quemadmo-
dum Hermi campus dicitur: qui amnis in A-
sia oriens, ex monte matis Dindymene, non
procul à Smyrna urbe Aeolica mare influit,
& iūem Caystri campus: Lydius à Lydo flumi-
ne: & Caici campus in Mysia, à Caico amnis:
& Meandri campus in Caria, iuxta Miletū
urbem Ionicam, à Meandro appellatus. Aegy-
ptium quoq; Herodotus & Hecataeus histo-
riarum scriptores, aut si forte alterius cuiuspiā
ab Hecataeo diuersi sunt illa opera de Aegy-
ptijs campis, regionē illam eodem modo flumi-
nis donum appellant. idq; ita esse, non obscuris
quibusdā rationibus Herodotus arguit. Quòd
autem is amnis, quem nunc Aegyptij ac cae-
regenses Nilum uocant, apud antiquissimos
Aegyptus appellaretur, satis probabilis con-
jectura ex Homeri carmine fieri potest, quia
Menelaum ad Aegyptū flumen classem sta-
tuisse cōmemorat. Si igitur singuli amnes, usq;
non magni eā uim habent, ut terrā congestam
in solum obdurent, cum ex superioribus locis li-
mum trahant, certe & de Indicis campis hoc
idem

idem credere fas est. Nec uero Hermus et Cy-
ther, itemq; Cætus, &c. Meander, multiq; præ-
terea ex amnibus Asia, quicunq; in mediter-
raneum mare ex eunt, si in unū coeant, uni ali
eui Asia fluminum comparandi sunt: ne dum
Gangi, omnion maximo, cui neq; Nibus neque
Danubius conserri possunt. Sed ne iij quidem o-
mnes, si Indo miscantur, Gangem aquent: qui
magnus statim, ab ipsis fontibus surgens, x v.
magnis amnibus in se receperis, nomen suū per-
petuo retinens in Oceanum excurrit. Et hac
quidem de India impræsentiarum dicta sint.
Cetera, cum res Indicas narrabimus, à nobis
dicentur. Quo' nam autem modo Alexander
Indum poni iuxerit, neque ex Aristobulo,
neque ex Ptolemao (quos ego maximos auto-
res habeo) cognoscere potui. neque ego aut pro-
certo assuerare, aut conjectura asséqui pos-
sum, uerum nauibus, ut Hellespontus olim à
Xerxe, et Bosphorus ac Danubius à Dario: an
ponre manu factō superarit. Mihi uero proba-
bilius uidetur, Alexandrum iunctis nauibus,
quam ponte exercitum traduxisse. Neque enim
pontem reciperet Indi altitudo, nec tam brevis
tempore tantum opus perfici potuisset. Na-
ues autem funibus colligata, &c. in muri mo-
dum constructa, Xerxis exemplo ad iungen-
dum amnem satis erant: quo Romanos fe-
rè, rerum dominos, Danubium ac Rhenum
iungere solitos accepimus. Item quo pacto

Tigrim atq; Euphratem , quoties necesse fu^t, iunxerunt, haud satis compereum habeo. Ne ut mihi quidem constat, pontem Romani ex naviis moliebantur. Quia uero ratione (quoniam res mihi uisa est narratu digna) hoc loco explicandum purau. Naves dato signo demisebantur, eas (ut uerisimile) fluminis cursus deorsum rapiebat, sed uehementi remorum pulsu euicto fluminis impetu , aduersis proris ad designatum locum retrahebatur. Deinde à pro rata singularum uiminea crates in pyramidum modum extructa, ac lapidibus replete, contra annis uiolentiam in fundo destituebatur : quas modico intervallo separatas, solidis tignis insicem collocabant. tignis afferes per transversum dispositos, clavis affigebant, ac per hunc modum positas ad alteram ripam perducabant : singulis ab utroq; capite ponticulis, quo commodius equi currusq; ingredenterentur atque exponerentur, excitatis. Hunc in iungendis traiiciendisq; fluminibus veterum Romanorum morem fuisse accepimus. Quo nam autem modo Alexander Indum iunxit, quemadmodum supra dixi, non ausim affirmare : quoniam qui cum eo fuere in ea expeditione, hoc ueluti no[n] necessariū cognitu pratermisserūt. Sed quantum ego existimo, ad hunc ferè modum iunctus est : quem si alia quapiam ratione iunctum fuisse quis ostenderit, ea ratio praeualeat.

Indo

Indō pertransito Alexander rursum quibus
 consueuerat dijs, sacrum fecit. deinde mouens,
 Taxilam urbem peruenit. Ea erat pollens po-
 tensq; ciuitas, omniumq; maxima quae inter-
 Indum atq; Hydaspem sita sunt. Adueniens
 summo honore exceptus est à Taxile urbano
 praefide, ac ciuib; totius prouincia incolis. Cu-
 ius rei causa ex finitimorum agris aliquantum
 petentibus, concessit. Per eos dies legati ab
 Ambisaro montanorum Indorum rege, Am-
 bisari ipsius frater, & quidam cum eo nobiles
 viri, alijq; à Doxareo eius regionis praefide,
 munera ferentes ad eum uenere. Post hac Ale-
 xander sacrificio Iudisq; perpetratis, Philippo
 Machate totius regionis satrape designato,
 praesidio imposito, relictisq; ualeitudine affectis
 militibus, ipse ad Hydaspem flumen profici-
 tur: quo uenisse Porum cum ingenti exercitu
 nunciabatur, transitu prohibiturum, aut iam
 transgressum aggressurum. Quo intellecto, Ale-
 xander Cœnum Polemocrati retro ad Indum
 flumen ire iubet: ac naues quib; exercitum trans-
 uexerat, ibi relietas, flumine extractas ac des-
 etas, uehiculis ad se comportare. Profectus Cœ-
 nus, maiores naues in tris partes, minores in
 duas (quo commodius ueherentur) secuit, atq;
 ita ad Hydaspis ripam uehiculis delatae sunt.
 Quibus rursum compactis, in ripa classem con-
 stauit: assumptaque copiamna parte, Taxila re-
 dixit.

dijt, receptisq; quinq; milibus Indorum à Taxile, &ceteris milibus, quos eius regionis satrapes habebant, ad Hydasphem se conuerterit, ibi q; castra posuit. Porus in aduersa ripa cum omni exercitu atq; elephantis confederat. omnesq; motus Alexandri cum cura obseruabat, ne in aduersam ripam nauibus euaderet: missis in ceteras fluminis partes custodibus, qua flumen traijci posse videbatur. Quia cum Alexander animaduerteret, cogitauit & ipse exercitum in diuersa muttere, quo Porum consilij incertum redderet. Diuiso igitur in plures partes exercitu, alijs alio dimissis, ipse cum parte copiarum fluminis ripas prateruerit, quæ hostilia occurrebant uastando, omnis altitudinem contemplabatur, frumento ex omnib; regione circa Hydasphem undiq; in castra contropari iusso, quo Porus se permansurum sciret, donec flumen per anni tempus resedisset: quod per hyemem accidere ex incolis cognorat. Nauibus quoq; diuersis locis in ripa collocatis, pellibusq; leui materia repletis, pedibusq; & equiibus ibidem dispositis, non sinebat Porum conquiescere: eiq; facultatem adimebat decernendi, quid quoq; loco potissimum parari oportueret. Per id anni tempus (erat enim circa aestuum solsticium) Indorum amnes plenis & turbulentis sunt, ideoq; citatissimi: quo tempore & creberrimi imbræ in his locis coelitus cadunt.

cadunt, & Caucasi niues æstu soluta flumen augent. Hyeme uero contra, ipsi amnes minores prioresq; sunt, omnesq; uado transmeabiles, præter Indum & Gangem & alium forte unum. Sed ex Hydaspes per id tempus uado transiri potest. Hoc se tempus mansurum Alexander uulgauerat. Instabat tame omniq; diligentia perscrutabatur, si quæ clam hostibus transire posset. Cumq; animaduerteret, quæ Porus cum exercitu constituerat, propter magnitudinem copiarum & elephanticorum in aduersa ripa adstantium, qui in ipso descensu tum specie inuisitata, tum horrisono clamore equis terrorem & consternationem allaturi essent, clam hostibus transire instituit. Noctu iraq; iuxta ripam missis in diuersa equitibus ingentes clamores tolli, aliaq; in speciem transitus tumultuosius parari precipit. Ac primo Porus quocunq; Macedonum clamor uocabat, ex aduerso aderat. Ceterum postquam aliquot dieiram consuetudinem nihil aliud præter clamores moliri hostes animaduertit, ad eorum ululatus postea moueri destitit: missis in diuersa fluminis parte, ne quid cum falleret, speculatoribus. Quem ubi Alexander se satis tutum contra nocturnos conatus existimare animaduerteit, ad dolos conuersus est. Rupes erat ad amnis ripam peropportunitate sua, quam ipse amnis insigni flexu obibat, arboribus uariis gener

generis per frequens. Contra hanc parvo inter-
vallo insula erat, & ipsa in culta, atq; insidijs
idonea. Itaq; cum utrobiq; qm equites quam
pedites oculi posse intueretur, exercitum eā tra-
ducere constituit. Ea rupes atq; insula circiter
centum & l. stadia à castris aberant. Dispo-
sitis primum per ripam custodijs, tanto inter-
vallo quantum ad excipienda mandata &
mutuum prospectum satis esse uisum est, clamo-
res undiq; per noctem fieri, ignesq; excitari im-
perat. Mox ubi transire deliberauit, iam non
occulte in castris, sed propalā parari, quae ad
eam rem pertinebant. Crateroq; in castris re-
licto, cum suo & Arachotorum equitatu, ex
Macedoniam phalange, Alceti & Polyper-
conis copijs, ac earum regionum praesidibus, &
ijs præterea quinq; Indorum milibus, in man-
daris dedit, ne prius transire conaretur, quam
Porus è contraria ripa, aut uadum ingre-
sum, aut uictum fugere animaduerteret. Ac
si Porus in castris partem exercitus & ele-
phantorum relinqueret, tum cum omnibus co-
pijs, contemptis hostibus, transire conaretur:
quod elephanti solum essent, qui equis euadendi
in alteram ripam facultatem auferrent. Es
hac quidem Cratero mandata. Meleagro au-
tem, Atalo, & Gorgie, qui cum mercenarijs
equitibus ac pedestribus inter insulam & maio-
ra castra chirabant, precipit: postquam pugna
impl

implicitos uiderint Indos, diuisis copijs evagere quām primum conentur, ipse cum amicorum equitatu, & Hephaestionis, Perdicce, Demetri, Cliti, Cœniq; copijs, & Bactrianis, Sogdianisq; & Scythis equitibus, ac Dais, sagittarijsq; & argyra spidibus, atq; Agrianis, aliquantum procul à ripa, clām hostibus, neu rupem atq; insulam à se peri suspicarentur, grandebatur. Tum per noctem leui materia repletas pelles consui imperat. Adiuuabat ingens uentorum procella, fulminibus imbrisq; immixta, quæ noctu coorta, nec transire parantium uoces, nec armorum sonitus sentiri patiebatur. Naves præterea quæ se fectas ex Indo flumine uectas diximus, in sylvas delatae, rursum clām hostibus instructæ sunt, arborum proceritate atq; frequenia opus occultante. Sedata tempestate circiter quartam noctis uigiliam equitatu inflatis uribus, pedestru naubus, quantum capere poterant, imposito, insulam per silentium peri iubet: ne prius à Pori speculatoribus ex aduerso conspici possent, quām trajecta insula ripis appropinquarent. Ipse nauis longa subsecutus, & cian eo Ptolemaus, Perdiccas, & Lysimachus ex corporis custodibus: ex amicis Seleucus, cui postea regnare contigit, ac pars argyra spidum: ceteri alijs naubus inuecti sunt. Postquam uero & hostium speculatores in aduersa ripa

q

dispo

dispositi, Alexandri copias nauibus impos-
 tas ad ripam appellere conspiciunt sunt, quan-
 tam maxima celeritate potuerunt eam rem Po-
 ro nunciatum concurrere. Ceterum Alexan-
 der prior in ripam nullo obstante egressus, ut
 quicq; equites primi in terram descenderant,
 ita eos in aciem instruebat. Sed ignorante
 regionis obigit, uti in locum iniquum descen-
 drit. Insula erat in continentis haud parua:
 quam eo minus insulam esse apparebat, quod
 eam brevis tractu exiguis riuus interfecabat,
 qui tamen nocturno umbri non parum creve-
 rat. Ex quo ab initio non reperio uado metue-
 bant, ne rursum novo labore opus esset. quo
 tandem inuenio, ceterum difficult, eà traduci
 exercitus quanquam agrè coepit. Aquarum
 multitudine ubi minima peditum peclora, equo-
 rum uero capita aquabat, traducto exercitu,
 acies instruit. In dextro cornu alam equitum
 statuit ex praefecturis equitum, quos delegerat,
 equitibus sagittarijs ante uniuersum equitatum
 collocatis. De peditatu primos omnium argy-
 raspidis regios, quis praerat Seleucus, equitatui
 adiecit. Post hos regium ordinem. Tertio loco scu-
 tatos, pro ut singulis ductores contigerant, in
 aciem educit. Extrema peditatus sagittarij, ex
 Agriani, ac iaculatores: utrinq; ante acies
 producti firmabant. Per hunc modum instructas
 acie, pedes, qui paulo minus sex milibus erant,
 in se-

iussit lentiū sequi: ipse equitatu praevalere arbitratus, equiibus ad quina milia assumptis, celerius agmen mouebat. Taurone sagittariorum duce sagittarios post se ducere celeriter iusso. Confidere autem videbatur, quandoquidem Porus sibi in itinere cum omnibus copijs occurreret, fore uti cuman equitatu uel superaret eum, uel certe tantisper dum pediatu accederet, illius impetum moraretur. Sin uero Indi improviso transitu perculsi fese infugam uerterent, conlucere existimabat, pediatum hanc procul a se abesse, quo maiora cede adita, minus negoti restaret. Aristobulus auctor est, Porum filium cum curribus l. x. eò prius aduenisse, quam Alexander maiorem illam insulam cum exercitu transmisisset: potuisseq; Alexandrum transitu prohibere (quippe cui uel nemine obstante transire difficile fuerit) si Indi è curribus desilire, et ut quique primi è flumine in ripana exissent, facto impetu inuadere uoluissent. in quos pratergressos cum Alexander equites immisisset, nonnullis vulneratis subito terga uerterunt. Sunt alij qui tradant, Porum filium cum Alexandro ibidem conflixisse sumq; maiores copias Porum filius haberet, Alexandrum ab eo vulneratum, equumq; eius Bucephalam, firmat inter equos et generositate quadam spiritus insignem, quem charissim

mum habebat, ab eodem hasta transfossum in-
 terfectumq; esse. At uero Ptolemaeus, cui ma-
 gis assentior, primum à Poru filium Ale-
 xandri transitu ex speculatoribus cognito, qui
 eius impetum retardaret: sed cum non tanta
 curruam paucitatem (neq; enim uerisimile est,
 neq; rationi consentaneum) qui quidem si ad
 speculandum cum tam paucis mittebatur, sa-
 tis multi erant: sin ad prohibendos transitus
 hostes qui nondum transiissent, haud ad eos in-
 uadendos qui iam in ripam evasissent, satis
 pauci. Sed ait illum cum duobus millibus equi-
 tum, ac centum uiginti curribus profectum. Ca-
 erum Alexandrum ultimo iam modo ex in-
 sula traieclo, illius aduentum praevenisse, &
 aduersus eum equites sagittarios mississe. nam
 reliquiam equitatum agebat, existimans Po-
 rium cum totis viribus aduentare, hosq; ueluti
 antecursores premissos esse, atq; ita ulterius
 progressum. Postquam per speculatorum didi-
 cit, quanta ibi multitudo Indorum esset, nec
 alias apparere copias, fortiter cum equitatu
 in hostes incubuisse: illos cum impetum ferre
 non possent, infugam se uertisse, equitibus cir-
 citer ccc. suorum cæsis, & in ijs Poru filio:
 amissisq; curribus, qui & in fuga tardiores.
 & in pugnam (quod terra imbribus limosa
 ac lubrica uestigium imprimi non sinebat) in-
 miliores erant. Que postquam Porus ex ijs
 qui

qui fugerant cognouisset, tanto casu commo-
eum, ancipitis consiliū factum esse. Cumq; ij quos
eum Cratero Alexander circa flumen reli-
querat, accelerare uiderentur, ad postremum
statuit, contra Alexandrum in aciem exire,
totisq; viribus Macedones (utpote firmissi-
mam exercitus partem) inuadere. Itaq; ele-
phantis aliquot ex equitibus ibidem relictis, in
manenium castrorum speciem, qui transire
conantibus terrori essent: ipse cum omnibus re-
liquis copijs (ad quatuor milia equitum erant)
c c c. curribus, elephantis c c. peditibus ad
x x x. milia, aduersus Alexandrum conten-
dit. Cumq; in locum arenosum peruenisset (nam
is ad equorum curruum ue misiones conuer-
sionesq; expeditus atq; idoneus uisus est) conti-
nuo in hunc modum exercitum instruit. Ele-
phantos primum in fronte locat, ingeri lati-
dine inter se distantes: qui ante peditatum di-
positi, Alexandri equitibus undiq; formidi-
nem intendant. neq; putabat quenquam ex ho-
stibus sine equitem sine peditem, per interualla
elephantorum penetrare ausurū: cum ex equos
insolito odore ex specie consternaturi uiderent-
ur, ex peditatum ipsa mole atq; impetu con-
culcaturi. Post elephantos statuit pedites ingeri
latitudine. Ad hac in elephantorum iuribus
pedites imponit, peditatui ab utroque latere

equitatum inducit, curribus ante equitatum
 dispositis. Hic fuit Porci ordo. Postquam Ale-
 xander conspicatus est Indos acie instructa-
 stare, ulterius progredi equites uertuit, donec
 pedites qui sequebantur adueniissent. Prose-
 cens non continuo in aciem eduxit, ne ex iu-
 nere fatigatos (festinans nonq; accesser-
 tant) recentibus Barbaris obijceret: sed cir-
 cum equitans, ipsi spatium sui colligendi dabant.
 Vbi uero Indorum ordinem perspexit, statuit
 non a fronte (qua parte elephani locati, et
 per interualla peditatus densior erat) sed cum
 equium parte, quibus erat superior, in fini-
 strum Porci cornu innuchi: Coenam cum suis ac
 Demirij copys dextrum petere, qui Barbaro-
 rum, si in suum cornu irruerent, terga cedat.
 Ad hac Seleuco, Antigoni, ac Tauroni pe-
 ditum phalange attributa mandat, ne prius pu-
 gnam incipiatur, quam peditatum et equitatum
 hostilem ab equitatu sui perturbatum cognome-
 tine. Cumq; intra relli iactu appropinquassent,
 equilibus sagittariis circiter mille aduersus fini-
 strum hostium cornu repente immisib; ipse
 cum equitatu amicorum finistrum cornu re-
 penie inuadit, eo consilio ut prius perturbatos
 aggrediatur, quam eorum equitatus se se in
 phalangem effundat. Quod hostes intuti, re-
 penite infelix equis ei obuiam eunt. Cum autem
 ipsi Coenus a tergo cum copys apparuisset, et
 bifronte

bifrontem aciem facere coacti sunt, ita ut alie-
ra pars contra Alexandrum, eaq; ualidior,
altera contra Gœniān conuersa dinicaret: quo
facto, maxime Indorum ordines animiq; per-
turbati sunt. Tum Alexander opportunitate
animaduersa, in eos qui in sc̄e conuersi erant,
maiore uī nuchitur. quem cum sustinere non
possent, sub elephantes tanquam sub muros
continuo se recipiunt. Quorum seffores cum bel-
luas ipsius in equitatum concitassent, Macedo-
num phalanx inuicta, emissis iaculis earum
impetum fortiuer repressit. Erat hoc pugna
genus priorum haud quaquam simile. belluae
enim quocunque uertebantur, Macedonum
phalangem, quamvis densa esset, ordine moue-
bant. Ad hæc Indorum equites, cum omne ne-
gotium circa peduatum uerii uidarent, denuo
conuersi. Macedonum equitatum inuaserant.
Qui eum sterum ab ipsis, qui circa Alexandrum
erant uelui industria et uiribus superioribus
repellerentur, denuo ad elephantes refugiebat.
Ac per hunc modum uniuersus Alexandri
equitatus, non iam ipsius Alexandri iussu,
sed in ipso certamine casu conglobatus con-
fertusq; quocunque incidebat, Indorum equi-
tarum cu[m] multa strage dissipabat. Postquam
uerò bellue pugnando in angustum redactæ
sunt, non minus suis quam hostibus infeste no-
sciaq; esse cœperunt, muleis suorum dum uel ur-

gent uel cedunt ipsa mole perterritis. Sed hac multa equitum cedes, ut pote in angusto, edebatur. Similiter etiam multi elephantorum rectores, hostium iaculis transfoſsi cadebant. Elephanti deinde tum uulnerum impatientia, tum quod rectoribus carerent, uasanis similes, suos iuxta atque hostes urgebant, concrebantq;. Tum Macedones ad artes conuersi, irruenti- bus in se belluis strenue cedere, refugientes ia- culis confodere. Postquam uero elephanti labo- re pugne ex uulneribus fessi, segnes excurrere ac tantum clamorem edere coepérunt, ex an- terioribus pedibus erectis agre refugere: Ale- xander omni equitatu repente hostibus cir- cumfuso, signo dato imperat, uti pedites conser- tis scutis eodem aduolent. quo facto, undiq; cir- cumuenti Indorum equites, in ipsa pugna pro- pè omnes cesi. Nec melior erat peditum fortu- na, urgentibus circumquaque Macedonibus: tum omnes preter eos quos Alexандri equi- tatus circumsteterat, desperatis rebus terga dant: quod cum Craterus, ex alijs ab Ale- xandro in aduersa ripa cis amnem relicti prospe- xissent (ita enim Alexander mandauerat) ex ipſi celeriter amnem cum copys sibi attribu- tis traiiciunt. qui ut pote recentiores, non mino- rem Indorum cedem in ipsa fuga ediderunt. Cesi sunt ex Indis pedites paulo minus x x- milibus, equites circiter tria milia: currua quoq;

quoque dissipati. Ad hac duo Porī filij interficti, ac Spītarches Indorum eius regionis prefectus, itemq; ductores elephantorum &c curruant, ac penè omnes Porī copiarum duces: elephantis omnibus, prater eos qui in pugna ceciderant, captis. De peditatu Alexandri, ex ijs sex milibus, qui primi in hostes inueniti sunt, ad LXXX. desiderari. De equitatu sagittariorum, x. de amicorum, non plus xx. Ex alijs equitibus ferme c. Porus non modo clari duces, sed etiam strenui militis opera in pugna usus, licet equitum cedem animaduerteret, & ex elephantis alios cecidisse, alios rectoribus uacuos errare, maioremq; peditatus partem interisse: et si rem desperatam ac perditam incligebat, non tanquam ueluti Darius ille rex opulentissimus à quo fuga exercitus initium factum est, trepidus fugit: sed quamdiu partem aliquam suorum pugnantem conspexit, quāquam dextrum humerum, quem nudum in pralijs ferrebat, saucius (nam thoracis crassitudo reliquam corporis partem defendebat) contra hostes pugnare sustinuit. Tandem à suis fugam ex omni parte fieri conspicatus, & ipse elephanto conuersò saluti consuluit. Quem ut cedere Alexander animaduerit, cum saluum ob uitatem cuperet, quod eius fortium in pugna factorum spectator fuerat: primum Taxilam Indian ad eam mittit, qui roget, uti elephan-

cum fijat. Isq; citato equo, quantum tuò dpm
 propinquare posse uisus est, ad eum prosector
 substituit, Alexandi mandata uii acciperet
 rogans. Porus, Taxile auditio, qui cum sibi uete
 res inimicitiae erant, conuersus, nullo responsu
 dato, lancea cum petiturus uidebatur. Quod
 cum Taxiles animaduerteret, celeriter preuer
 so equo, ad Alexandrum redit. Alexander
 nihilominus alios atque alios submiscebatur: in
 ter quos Meroem Indum, quem illi diuurna
 amicitia deuinctum cum audisset, in id maxi
 me idoneum existimauit. Cuius hortauit simul
 & sui uictus. Porus, elephantum cotinuit, atq;
 ex eo descendit, deinde allata aqua recreatus,
 ad Alexandrum una cum Meroe profectus
 est. Quem ut Alexander appropinquare acce
 pit, ante acies progressus, cum paucis amico
 rum sibi obuiam processit. Quem ut uidit, con
 tinuo subtiluit, admiratione quadam magnitu
 dinis eius captus. erat enim quinque cubito
 rum, & forma cunctis corporis partiibus longe
 decora, generositate præterea quadam animi
 nihil humile aut abieclum (& si uictus esset)
 præ se ferente: ut qui pro regni suæ intuione, rex
 aduersus regem castris congregari, ac decertare
 nequaquam dubitasset. Tum propiorc factum,
 ac perhmanenter suscepitum consolatus, quic
 quid sibi optaret, cum à se peri iussisset: Id
 modo à te opio petoq;, ait, uim me regie tra
 Etcs

Eties. Cui arridens Alexander: Id quidem tibi uel mea causa facturus sum. Tu quid uclis optesq; tua causa postula. Cui Porus, omnia que cuperet, eo uerbo quod dixerat conineri respondit. Quo responso Alexander letior, cum non solum in libertatem ac regnum restituit, sed etiam imperio longè auxit: eoq; postea amico ac fideli perpetuo usus est. Hac pugna ad Hydaspem, Hegemone Achenis summum magistratum obtinente gesta est. Post hac Alexander in sempiternam nominis gloriam ultra Hydaspem, ubi pugnatum est, ex item cis Hydaspem, unde mouerat, urbes condidit: ex illam quidem ulteriorem à uictoria Niceam, hanc Bucephalam ab equo suo nominari uoluit. de quo quidem equo non erit alienum, uti arbitror, aliquid hoc loco memorare. Forma fuit ex natura prater ceteros equos insigni, magnitudine que mediocrem excederet, spiritu alto ac generoso, taurino capite: cuius rei causa id sibi nomen inditum. uel quod (ut alijs placet) cum toto corpore niger esset, albano in capite macula taurino caput maxime similem habuerit. Nullum omnino sessorem prater Alexandru dignatus est unquam. Hunc cum apud Vxios amississet Alexander, summa cura conquiri iussit: Vxijs exitium minatus, ni continuo reducoarent. isq; redditus est. Ex multis periculis in prælio regem eripuit, multumq; ei ad

ei ad gloriam contulit. Ad postremum, trigeminum iam annum natus, non ullo vulnere, sed etate simul ex labore ager factus, in castris, unde mouerat, circa Hydaspem uitam finiuit. Nunc ad historiam redeamus. Alexander ijs qui prælio ceciderant conquisiuit, ac pro dignitate sepulis, sacrificium ludosq; in Hydaspis ripa, unde transiens mouerat, uictoria causa edidit. Deinde Cratero cum parte copiarum, qui urbes conderet, relicto, ipse aduersus Indos Pori regno finitos processit. Glaucanici appellabantur, ut Aristobulus inquit: ut Ptolemaeus, Glaucae. Erant cum eo pedires delecti, omnesq; sagittarij equites, & Agriani, ac sagittarij, & amicorium equitum pars. Ceterorum Glaucanici metu eius perculti, postquam Porum ab eo uictum cognoverunt, se se uoluntarie in eius fidem dedere: urbibus XXXVII. traditis, quarum qua minima erat, non minus quinque milibus hominum continebat, pleraque earum supra dena milia. Pagorum quoque magnorum frequentia ea prouincia celebris erat, quam totam Pori regno addidit. Post hac Taxili, Poro per se reconciliato, ad suos reuertendi potestatem fecit. Dum haec geruntur, legati ab Abisare ad Alexandrum uenere, qui se suaq; omnia in fidem eius darent. Cogitauerat Abisares ante Pori cladem cum Porosci iungere, in belli aduersus Alexandrum sociè

societatem. Verum illius consilium Porires aduersæ mutari coegerunt. Itaq; quo magis sibi Alexandrum conciliaret, fratrem quoq; cum legatis misit: ex cum ijs pecuniam, atq; elephantes x l. Ab Indis quoque liberis legati profecti sunt, ex item à Poro alio Indorum praefecto. Alexander repudiatis muneribus, Abisarem ad se proficisci iussit: ni ita faceret, grauiter interminatus. In hoc rerum statu Phrataphernes Parthorum atque Hyrcaniae satrapes, cum Thracibus sibi commissis ad Alexandrum accessit. Cumq; nuncj à Sisilo Assacenorum satrape profecti, Assacenos praetore intersecto armis sumptissime nunciassent, continuo Philippum ac Tyriensem cum parte copiarum, qui eorum motus compescane, ire iubet: ipse cum reliquo exercitu ad Accesinem amnem pergit. Huius duntaxat apud Indos fluminis magnitudinem Ptolemaeus scribit xv. stadia latitudine occupare, ingentem aquarum molem uehere cursu rapidissimo, magnis ex acutis caueibus interiectis: quibus illis & ac percussæ, ingentes inde astus ex uortices concuant, ac propterea nauigantibus terrorem discribenq; inferunt. Ab ea maxime parte Alexander nauibus ex ueribus inscenatis, exercitum transuexit. qui ueribus transportati sunt, ijs facilior transitus fuit: qui uero nauibus, magnis incommodis sunt afflicti. pleraq; enim cauebus

tibus illis, confracteq; sunt: uiris, qui inuehe-
bantur; desideratis. Ex hac re coniectari licet;
non multum à uero abhorrere, quod de Indi-
amnis magnitudine traditione est ab ijs qui scri-
bunt, quā laiior est, ad x l. quā uero angustior,
ad x v. stadia patēre: hunc modum in plerisque
cuius partibus obseruatum esse. Alexandrum
autem existimo, quā laiior ampliorq; erat;
quod ibi minus rapax minusq; violentus esset;
exercitum traduxisse. Post hanc Alexander
traiecto flumine, Cynoq; cum copijs suis cis
flumen relicto, qui curaret ceterorum transi-
tum, quos in Indos à se uictos miserat, uti fru-
menta &c ceteros commeatus inde in castra
comportaret, Porum in regnum remisit, lectionem
popularium suorum manum, item elephantes
si quos haberet domitos mittere ad se iussim.
Cogitabat autem alterū Porum, cum levissimis
& expeditissimis totius exercitus persequi: quē
nūctabat deserta prouincia, cui praeerat, abiisse.
Hic, dū Alexander c^o Poro rege bellū gere-
bat, magis Pori odio quam benevolentia in
Alexandru, legatis missis, sese suaq; omnia in
Alexandri fidem dederat. postquam uero Por-
rum reconciliatum. Alexandro agnouit, nec
solus in patrium regnum restitutum, sed multi-
sum insuper illius regno additum: non tam
Alexandri quam Pori metu assumptis fuga
comitibus, ijs qui bello idonei uidebantur, pa-

tria

tria excessit. Cumq; aduersus eum proficisci-
tur, ad Hydraotem flumen, latitudine quidem
Acisini parem, ceterum cursu aliquanto in-
feriorem profectus, in omni et regione idoneis
quibusq; locis praesidia disposita, ut iij quos cum
Brateno & Caeno reliquerat, rato ad se prou-
ciscerentur. deinde Hephaestionem cum duabus
phalangibus, de equitatu uero suo, ac Demetrii
ordine ac sagittariorum parte mittit, qui de-
serta a Poro oppida atq; agros, ceterosq; pre-
terea Hydraoris aecolis, in Poris regis & am-
ici potestatem rediger. Ipse pertransito flumi-
ne, non eo quidem labore quo Acisinem tra-
iecerat, cum regionem illum peragraret, inco-
lis metu percussis, pleriq; eorum in ditionem
nenerunt: nonnulli tamen correptis armis ob-
uiam ire, alijs in fugam spem ponere. quos o-
mnes persecutus, debellavit. Inter hec Ale-
xandro nunciatum est, ex liberis Indorum po-
pulis alios quosdam, sed eos praeципue quos Ca-
thaeos uocant, paratos esse, si eò accederet, de-
certare: Indosq; finitimos in bellì societatem
sollicitari, deposciq; urbem situ munitam esse,
ubi castris positis manere & cum ipso depu-
gnare statuissent (Sangala urbi nomen erat)
Cathaeos ipsos fortes viros, & rebus bellicis
consilioq; finitimos anteire existimari: cum ijs:
cosentire Oxydracas, ac Mallos, Indoru gētes.

& ipsas:

et ipsos bello claros : aduersus quos paulo ante eum abysares, et Porus coniunctis viribus, multis præterea Indorum in societatem ascitis, profecti bello frustra suscepto retrocessissent. Quibus acceptis Alexander aduersus eos contendit, atque altero die non procul ab urbe Pimpramis peruenit. Ea gens Adraista appellabatur : iisque statim sine uia in Alexandri fidem dederunt. Exercitu deinde biduo quiete data, uersus Sangala, quo Cathaeorion ac finitimarum copie castris sub urbem posuisse conuenerant, proficisciuerunt. Et quoniam is collis non undique satis munitus ac tenuis uidebatur, quod esset ex aliqua parte ascensu clementior, triplici ordine in circuitu dispositis curribus castra munierant. Alexander ubi eò peruentum, castris positis, naturam loci ac Barbarorium multitudinem contemplatus, ubi expedire uisum est constituit, premisis ineerim equitibus sagittariis, qui castra hostium circumuecti, eorum imperium morarentur, ne prius in suos erumperent, quam se ad pugnam comparaasset. Deinde acies in hunc modum instruit. In dextro cornu equites, et Cliri copias, post hos argyraspides locat. In sinistro, qua parte Perdiccas curabat, ipsius Perdicca copias, et Aethenesteros, sagittariis in utrumque cornu diuisis. Inter haec superueniunt pedites, atque equites praesidio relieti. Equites in utrumque cornu deducit

ducit: pedites phalangi, quo densior fieret, adiicit. Post hac cum equitatu, quem dextro cornu constituerat, contra Indoru currus, qui in sinistro cornu erant, quæ collis facilius subiri posse uidebatur, aduerso monte succedit. Postquam autem Indos uidit in castris se continere, ac tantum inscenis curribus supernè iacula emittere: non equitis, sed peditis negotiū esse id censuit. Itaq; protinus relicto equo, phalange eodem adducit. Et ab anteriore quidem curruum ordine, fine magno negotio Indi à Macedonibus repellabantur: ceterum ubi ad altera eademq; angustiora munimenta uentū est, conferti congregatiq; locum facile tutabantur. Macedonibus econtra hæc aduersa erant: qui per aperta & spatioſa loca subeuntes, primis curribus distractis, prout cuiq; cōmodum erat, hostes paſsim atq; incōposūc aggrediebātur. Sed & hinc quoq; acri prælio commisso, admitembus siamna ope Macedonibus, amissis curribus Indi repulsi sunt. Cumq; interius pene rascent Macedones, hostes non tulere impeū: sed protinus tergā dantes, deſtituto colle ſeſe in urbem receperunt. Potitus caſtris Alexander, urbein, quātum pedis atu potuit complecti, obſidere pergit. nam quoddū murus in circuitu pāulo amplior erat, circumſidere non poterant. Quā uero peditatus intermisserat (nam stagnum quoddam erat hand procul à muris) equita-

rūm.

rum constituit,ratus per id stagnum, quòd esse modice altitudinis, Indos accepta clade terribes, noctu deserta urbe discessuros. Nec eum felix cogitatio. nam circiter secundam noctis vigiliam plerique corum tacite egressi, cion in custodes incidissent, casi sunt. alijs se circumfessos sentientes, prorinus in urbem refugerunt.

Quo cognito Alexander urbe tota, praterquam stagnum tenebat, duplii uallo circumdata, cogitabat iormētis admoris muros quare. Ciamq; transfuge quidam nūciassent, Indos ea nocte cōstituisse, quā uallū intermissum erat effugere: Ptolemeum Lazi cum tribus milibus Argyraspidian, ex Agrianis, et parte sagittariorum confestim mittit, quā Barbaros tenturos fugam maxime suspicabatur: mandatis traditis, ubi sensisset eos eruptionem facere conari, signis tubarum coercendos, ducibus audito signo eodem repente aduolare iussis. Profectus Ptolemeus, complures currus ex ijs quos in prælio ceperant transuersos coniuxie, quo fuga difficultatem per noslū te nebras fugientibus Indis augeret. ad hec uallem, quod nondum ad extreum perductum fierat, eadem nocte summō militum labore perfectum. Sub quartam noctis vigiliam Barbari parfactis portis, que ad lacum ferabant, exire conati sunt. Quod cum Macedones sensissent, confestim dato signo, eo aduolant.

lant. obstatant Indis, et uallum, et currus
 oppositi, et hostium manus: quibus difficul-
 tibus circumventi, se se rursus in urbem con-
 siderunt, quingentis fermè suorum desidera-
 tis, inter currus euadere tentantibus. In hoc
 verum statu Porus ad Alexandrum rediit,
 quinis ferè popularium milibus elephantisq;
 quos reliquos habebat adductis: que uirium
 accessio, oppidanis desperationē auxit. Iamq;
 perfectis operibus tormenta muro admoue-
 bantur, cum Macedones laterito muro suffos-
 so, scalisq; in circuitu applicatis, urbem cœ-
 perunt. In eo prælio tanto ardore pugna-
 tum ut Barbarorum ad decim et septem mi-
 lia casa, supra L X X. milia capta, currus
 C C C. equites d. De Alexандri exercitu in
 eora expugnatione non plus centum deside-
 rari, supra mille ac ducentos uulnerati: in
 quīs Lysimachus, et alij quidam copiarum
 duces non obscuri. Post hæc Alexander ijs
 qui in prælio ceciderant de more humatis,
 Eumenem scribam ad illas duas ciuitates, que
 cum Sangalensibus consenserant, datis ei
 C C C. equitibus mittit, qui denunciet San-
 gala urbem à se expugnaran: se tamen eos pro
 amicis habiturion si praesidium suū sine ui admittant. neq; enim detrimenti quicquam à se
 passus esse ceteras Indorum liberorum ciuita-
 tes, que uoluntarie in deditionem uenissent. Sed

r 2 iam

iam de singulis captis edociti, oppida deserere
incepérant. Quo cognito Alexáder confessim
eò profectus, nouissimosq; nactus, quingentos
eorū ex ipsa fugare tractos occidit. Postquam
uerò intellexit fugam eorum sisti non posse, re-
tro conuersus Sangulā diruit: Sangalensem
agris Indis liberis, qui sese in fidem suam dede-
rant, traditis. Deinde Poro cum copys suis mis-
so, qui in urbes, quae receperat, præsidia indu-
ceret: ipse cum exercitu ad Hyphasim amnem
pertendit, uti Indos qui trans flumen habita-
bant, ad deditiōnem cogeret. neq; enim appare-
bat ullum bello finem futurion, quādiu in ipsis
Indis aliquid hostile superesset. Audicbat ex
finitimis, regionem illam trans amnem fertilem
atque opulentam esse, incolas culture agrorum
studere, bello mulum ualere, administrari eo-
rum respub. ab optimis: ab ijs nihil iniur-
sum, nihil turpe committi, aut imperari mul-
titudini: maiore elephantorū numerum apud
eos quām apud finūmos esse: ipsosq; elephatos
magnitudine corporū, et robore cateros excede-
re. Que Alexandro nunciata, multo magis sti-
mulabant animum gloria audum, uti ulterio-
ra piseret: at Macedones iam saties cœperat,
uidentes regem nouis semper laboribus labo-
res, periculisq; pericula addere, neque ijs fi-
nem imponi. Fiebant clandestini in castris
conuentus, aliorum qui aquiore animo erant,

fortunas.

*Fortunas suas deplorantium: aliorum se non
secueros regem, si ducere uellet, affirmantium.
Quæ postquam Alexander cognouit, prius
quam seditio longius serperet, ducibus ordinum
connocatis, hunc in modum concionem habuit.
Cuius intelligam uos ô Macedones ac socij non
eadem uoluntate & studio, quo prius, peri-
cula una mecum capessere, uos iccirco huc uo-
caui, uti uel persuadendo uos in ulteriores ter-
ras mecum adducam, uel à uobis persuasus re-
ero ipse conuertar. Nam si labores quos hacte-
nus suscepimus, si pericula qua adiuimus, uo-
bis mihiq; (qui dux uester fui) dedecori sunt,
haud opus est me plura dicere. Sin uero per
hos labores teneris Ioniam, Hellespontū, utrā-
que Phrygiam, Cappadociam, Paphlago-
niam, Lydiam, Cariam, Lyciam, Pamphiliam,
Phœniciam: si Aegyptum, cum Libya Gra-
ca, Arabia partem, Cœlosyriam, Mesopota-
miam, Babylonē, Susas, Persas, Medos, Par-
thiam, & quicquid sub Persarum ac Medo-
rum regno fuit: si ultra portas Caspias, Cau-
casiam, ac Tanaim amnes: si in Bactrianos
Hyrcanosq; imperium protulimus: si Scythias
in solitudines suas repulimus: si denique In-
dus, Hydaspes, Acesines, Hydrantes, cele-
berrima flumina ditionis noſtræ fecimus: quid
uos tandem pigrat Hyphasim, & gentes qua-
alira Hyphasim incolunt, Macedonum regno*

r 3 glor

gloriaq; adiungere? An dubitatis, i'ne quoque
 Barbari uinci à nobis possint? quorum
 alij uoluntariè in deditioñem ueniunt, alij in
 fuga capiuntur, plures etiam oppida uacua
 & deserta nobis relinquunt. Ego uero nul-
 lum aliud laborum finem generoso animo,
 quam honestos & gloriosos labores statuo.
 Si quis tamen cupiat ex me scire, qui nam
 sit futurus huic bello finis, sciat non multum
 terrarum nobis ad Gangem flumen, & orien-
 talem Oceanum restare: quem quidem Ocea-
 num (circuit enim terrarum orbem) cum Hyrc-
 cano mari contineri indicabitis. ostendam no-
 bis Indicum sinum cum Persico, Hyrcanum
 cum Indico continuari. A Persico mari in
 Lybian ad Herculis columnas, cum classe no-
 stra nauigabimus: omnemq; Lybiā, que
 intra columnas sita est, in nostram potestā-
 tem redigimus. Sic & uniuerſa Asia nostra
 iuris atque imperij fiet: eruntq; ijdem & or-
 bis terrarum, & imperij nostri termini. Nunc
 reuerentibus nobis multa trans Hyphasim
 bellicose gentes relinquuntur, multa etiam
 & in Hyrcaniam & Septentrionem uerſa:
 à quibus Scytha non longè absunt. Quapro-
 prius ualde timendum est, ne redeuntibus no-
 bis, quæ tantis laboribus ac discriminibus ad-
 apti sumus, per ea que intacta relinquimus,
 quoniam haud stabili loco sita sunt, brevis
amis

amitteramus. Hi enim quos adhuc uicimus, eorum gentium, que supersunt, auxilio freti a nobis quam primus deficiunt. Atque ita diuturni ac magni labores nostri perierint, aut certe nouis laboribus ac periculis denuo incumbendum erit. Quamobrem pergit, queso, uiri fortes. Labores enim ac discrimina prae honesta aggredientibus, ut uiuere, sic mori dulce est: cum immortalem suò nominis gloriam posteritati relinquere se sciant. An ignoratis, Herculem progenitorem nostrum nunquam eam gloriam consecuturum fuisse, ne Deus ex homine fieret, uel censeretur a mortalibus, si uel Tirynthe, uel Argis, Thebis uel in Peloponneso segnis permisisset? Sed neque Dionysii, qui maior Hercule Deus habetur, aut exigui aut pauci labores fuere. Ne nos ergo ultra Nysam accessimus, ergo Peramornon, quam Hercules ipse capere non potuit, expugnauimus. Itaque que usque reliqua sunt, ihs que tenemus, ergo haec pauca iam multis adiuste obsecro: nisi uos gloria uestra redet, pigerique. Nam quid magnum aut memorabile in uita egissemus, si Macedonia contenti, laboris expertes, satis nobis habuissemus prouinciam nostram tueri, Thracibus modo, Illyris, Trinallis depulsi: ac Græcis, qui nobis inimici aut infesti essent. Quod si laboribus ac periculis uestris ego me, dux uester,

r 4 subd

subducarem : non iniustus fortasse languor ue-
ster uideretur. Sed uidetis me labores ac pericu-
la communicare, præmia in medio ponere. O-
mnis hæc regio quam debellauimus, uestra est.
uos ei præstis, uos eam teneatis, nomen modo
meum est: auri argentiq; , & Asiarice opulen-
tiae pars magna, iam in uestra potestate est.
Sed ubi tota Asia potius fuerimus, tum spero
per Iouem fore, uti non solum cupiditates ue-
stras expleam, uerian etiam uota exuperem.
Confecto bello, ijs qui domum reuerti uoluerint,
abeundi potestatem faciam, aut ipsem redu-
cam: qui uero permanere oportuerint, sanè pre-
stabo, ut recedentibus inuidiosi fiant. Quæ cum
dixisset, milites diu mœstum silentium tenuit.
nam neq; refragari Regis uolutati propalam,
neq; assentiri audere. Cumq; dicere sententiam
iuberet, manebant tamen omnes in eodem oris
habitu defixi: tandem silentibus ceteris, Cœnus
Polemocratis hunc in modum orsus est. Quo-
niam tu, ô Rex, non cogere uelle Macedones
dixisti; sed si persuaseris, te ducaturum ulterius
sin minus, non compulsurū inuitos: ego non pro
ordine nostro (qui summis honoribus à te affe-
cti, præmia laborum per magna iam plerique
accipimus) sed pro multitudine uerba faciam.
nec ea dicam adulandi causa, quæ ipsis iocun-
da: sed quæ in præsentia & ipsis milia, & m-
posteriorum securitatem afferre posse existimem.

Neque

Neq; enim equū censeo, ea à me reticerī, que
optima factu iudico. Ad iā neq; atas, neq; digni-
tas mea patitur: quod etiam, ut libertus elo-
quar, me hortantur labores & pericula, tua
gloriæ causa à me sapius suscepit atq; adita.
Quo enim plura ac fortiora facinora te duce-
gessemus, qui te in hac laboriosa expeditione,
relict a patria secuti sumus: eo magis conduce-
re arbitror, modum aliquem laboribus ac peri-
culis imponi. Vides ipse, ex tanta Macedonum
& Græcorum multitudine, qui tecum undā do-
mo discessimus, ad quantam paucitatem re-
dacti sumus. Thessalos, cum sensires ipsis militiam
grauem esse, ex Bætris (ut fieri decuit) domum
remisisti. Ex ceteris Gracis, alij in urbibus
quas condidisti, non usquequaq; tamen uolun-
tate sua permanent: alij tecum labores ac di-
scrimina capessentes, tam ipsi quam Macedo-
nes, multos suorum pugnando amiserunt. Ad
hæc plerique ex vulneribus inutiles facti, non-
nulli etiam alij alibi, cum sequi agmen non pos-
sent, à nobis in iuvere relieti: plurimi quoque
morbo confecti: ut ex tanta multitudine mili-
tum, pauci admodum supersint, qui corporis
uiribus per longam ac laboriosam militiam
imbecilliores facti, mulio tamen magis ani-
mis fessi fractiq; sunt. Hi omnes naturali quo-
dam desiderio, quibus adhuc parentes hinunt,
domum rapiuntur. Atius desiderium coniu-

¶ s gum

gum liberorumq; , alios patriæ mouet : quam si
uidere expertunt honore ac dignitate per te au-
ēti ditatiq; , non indigni uenia uidentur. Te ue-
rò nō oportere existimo iuitos in pericula am-
plius ducere . neque enim ipsis iisdem post hac
utere , quibus animus à rebus bellicis procul
aberit. Te uero domum , si ita tibi uidebitur ,
reuerso , postquam matrem uideris , resq; Gra-
cia composueris , et hasce tam multas ac tam
ingentes uictorias in paternam domum insule-
ris , parare denuo exercitum licet : siue hisce
Indis qui orientem , siue Scythis qui Pontum
incolunt , siue Carthagini , aut etiam Lybia
qua ultra Carthaginem est , inferre bellum de-
crueris : tum tibi liberam erit , bona militum
uoluntate , quocunq; uolueris ducere . Sequen-
tur te Macedones iuniores pro seniori-
bus , uiribus integri professis . quibus res bel-
lica , quamvis fuerint inexperiū rerum , non
modo non fugienda : sed etiam propter spes ,
quas ipsi sibi iungentes proponent , ulro optan-
da uidebuntur : cum uiderint nos , qui labo-
rum tuorum particeps fuerimus , ex pauperi-
bus diuites , ex obscuris claros domum reuer-
tisse . Per pulchra uero res est , si quicquam aliud
in rebus humanis , uel prosperis rebus ,
animi moderatio . tibi quidem , huius ini-
eli exercitus imperatori , non video cur ho-
sus illus metuendus sit : ceterum fortuna in-
cons

constantia atque temeritas, cuius ictus omnino effugere mortalis nemo quamvis sapiens potest, pertimescenda est. Quae postquam Cœnus elocutus est, moestitia ingens omnes qui audierant cœpit. multis profusa cum singulis per ora lacryma, involuntariam militiam, si cogeret, testabantur, Alexander Coen's oratione, ac carcerorum ducum confessione haud dubia grauata militia commotus, illico concionem dimisit. Postero die iisdem denuo in concionem vocatis, ne dissimilata quidem indignatione, decreuisse inquit ulterius pergere, coætiorum herò neminem: habiturum se tantum milites, regem suum uoluntarie sequentes: cum his, qua ex pugnanda superessent, aggressum. Volentibus domum reuerti, futuram per se abeundi potestatem, ac nunciandi suis, Regem in medys hostibus à se destitutum. Quæ cum dixisset, prouinus in tabernaculum se consultit, nemine ac ne ulla quidem amicorum eo triduo admisso: de industria obseruans, si qua forte animorum mutatio (ut sit plurimi in multitudine) à Macedonibus ac socijs fieret. Ceterum uniuersus exercitus in eodem silentio perseverabat. nec erat ambiguum, indignatione Regis commotos: Alexander nihilominus in proposita persistabat. Sed cum pro transitu sacrificans non litasset, tum

primit

primis amicorū conuocatis: Postquam omnia,
 inquit, progredi me longius uolentem retrahūt,
 reuerti statui. Qua noce in multitudinem per-
 vulgata, ingens ad cœlum clamor Letitia im-
 mistus repente sublatus est: alijs præ gaudio
 lacrymae cadebant, alijs tabernaculum regis in-
 gressi, omnia illi bona & secunda præcaban-
 tur, gratiasq; agebant, quod à se unis uinci
 permisisset, cum quidem per ceteras gentes in-
 uictus esset. Post hec diuisio exercitu, xii. dīs
 aras statuit turrium alitudine, ceterū latitu-
 dine paulo ampliore: quod ipsum tam procul à
 domo ac patro regno uictorem perduxisset:
 laborum suorum gloriaq; perpetua monumen-
 ta. Tion sacrificio perpetrato, Iudisq; gymnicis
 & equestribus editi, totaq; ea regione ad Hy-
 phasim amnem Pori imperio adiecta, ipse ad
 Hydraotem flumen conuersus est. Quo traicteo,
 ad Acesinē retrocessit. ubi, quam urbem
 Hephaſlion condere iussus fuerat, adificata
 reperit in quam inductis finitimi, quicunque
 sua uoluntate in eam commigrare noluerunt,
 item ex mercenarijs quicquid imbelle erat, cum
 in Oceanum nauigare decreuisset, necessaria in
 classem parare coepit. In hoc rerum statu Ar-
 faces provincie Abisari finitima praefectus,
 aq; Abisari ipsius frater, cum ampleſsimis
 muneribus ad eum uenere: in quib; muneribus
 elephanii xx. ab Abisaro missi, caſato,

ſe ob

se ob ualeudinem ad eum, uti iussus fuerat, proficisci non posse. Quod cum legati ab Alessandro missi confirmarent, facile persuasus Abisaro concessit, uti potestarem, quam haberet, retineret, atq; Arsaci pareret: tribusq; que quotannis penderent, taxatis, super Acesine rursus rem diuinam fecit: eoq; pertransiro, ad Hydaspem se contulit. Quo in loco aliquantum moratus, quicquid in Nicæa ac Bucephalis, uribus à se conditis, imbræ corruperant, militum opera restituit. Quibus perfecit, ad cetera ordinanda, que ad eam regionem tuendam pertinere uidebantur, protinus conuersus est.

ARRIANNICOME-

DENSIS DE REBUS GE-

stis Alexandri Magni regis Macedonum,

Liber VI.



A R A T I S iuxta Hydaspis ripam nauibus, quacunq; ad uehendum exercitum idoneæ uidebantur, statuit Alexander Oceanum iniuiscere. Prius autem cum in Indo flumine crocodilos uidisset, quemadmodum et in Nilo: nec procul ab Acesinus ripis fabuae enatas, quales Egyptiæ

ptia tellus sua sponte gignit: audissetq; Accesi-
nem Indum influere, Nili se caput reperisse ar-
bitrabatur, suspicatus cum è proximis locis ori-
ri, ac per vastas solitudines se ferentem nomen
amittere: deinde percultas regiones rursus re-
volutum, Nilum ab Aethiopibus & Aegy-
ptijs nocari, quem Homerus eodem nomine
quo provinciam nominasset: & ad ultimum in
mediterraneum mare crumpere. Namq; ad
Olympiadem Alexander de Indorum regione
scribens, & alia quadam, & hoc quoq; impri-
mis scribit, opinari se Nili fontem reperisse: par-
vis illis ac leuibus coniecturis, quas dixi, mo-
sus. At uero cum postea ab indigenis edocitus
esset, Hydasphem quidem in Accesinem, Accesi-
nem uero Indum illabi, ac nominis honori ce-
dere: Indum autem duplii hostio in Oceanum
exire, nec ad eum quicquam Aegyptium per-
tinere: cum ex epistola, quam matri scripsisset,
quod de Nilo dixerat auferri corrigiq; man-
dauit: cūq; animaduerteret proficiisci in Ocea-
num, remigio aptari naues Phoenicibus, Cy-
prijs, Caribus atq; Aegyptijs ad eam idoneis,
qui exercitum sequebantur, in eum usum dele-
ctis. Inter haec Coenus, quo Alexander inter
fidelissimos amicos utebatur, morbo confectus
decessit. Quo magnifice sepulcro, cōuocatis ami-
cis, atq; omnibus Indorum legationibus ad se
profectus, uniuersa Indica regionis à se uicta.
gene

genitum quidem omnino septem, urbium autem supra bis decies nulle, Porum regem constituit appellavitq; Post hanc exercitum per hunc modum diuidit. Argyraspides omnes, item sagittarios & Agrianos, ac partem equitum secum nauibus imponit. Craterum à dextra fluminis ripa, cum magna equitum ac peditum manus: Hephaestione à sinistra, cum maiore ac meliore exercitus parte, cumq; elephantis circiter c. c. terrestri iunere ire iubet, mandatis traditis, uti ad Sophitis regiam contendant: Philippo praefecto regionis ultra Indum amnem quā ad Bactrianos uergit, ut triduo post, cum omnibus copijs sequatur imperat. equites Nysaos domum remittit, uniuersa classi Nearchum praefecit: Onestritum nauis sue gubernatorem instituit: qui in historia, quam de Alexander conscripsit, hoc quoq; meneitus est, quod se Nearchum inscrispit, cum gubernator fuisset. Erat autem nauium numerus, Ptolemaeo auctore, quem ego maximè sequor, ex omni nauium genere circiter duo milia. Paratus necessarijs, Alexander sub lucem classem inscendit iubet. sacrificio deinde Herculi progenitori, & Ammoni, ac ceteris diis quibus consuevata perpetrato, & item Hydaspi fluuiio, quibus hostijs augures monebant: & ipse classem descendit, simul in prora stans, Hydaspe atque Acesine inuocatis, quem Acesinē acceperat haud

bāud procul inde cum Hydaspe misceri: ex
 iēm Indo, quēm Acesines influit, aurea phia-
 la libauit. His peractis, tuba discessum signi-
 ficari imperat, quo auditō confestim naues, ut
 erat imperatum, ex ordine moueri cœperunt.
 Erat autem constitutum, quanto interūallō
 naues quibus impedimenta uehementur, quan-
 toq; onerarie quæ equos deportabant, quanto
 item quæ bello aptæ erant, ne inuicem collide-
 rentur, seiunctas ire oporteret: nec si quæ uelo-
 ciōres erant, ut extra ordinem procederent
 permīssum. Spectaculi magni instar erat, au-
 dire remorum sonitum, remigantium & corum
 qui remigibus imperabant uoces, quas reper-
 cussa ripæ plerisq; locis edūcērēt, & sylua
 utrinq; circumiecta usq; adeò augebant, ut
 incolentibus circa amnem Barbaris stuporem
 inferrent. Equi quoq; nūquām antea apud
 Indos in nauibus nisi (nanq; de ulla Diony-
 syi classe, memoria non extat) Barbaros
 magis admirari cogebant: cuius rei studio ab-
 euntē classē longo spatio securi sunt. Re-
 motiores quoq; iam ab Alexandre uicli, ad
 quos is sonus peruenit, certatim ad ripas de-
 currētē, Barbarico ritu canētēs sequēbantur.
 nanq; Indi præter cateras genies, canius &
 saltationum studiosi sunt, ex quo die Diony-
 sius in ea loca profectus est. Atq; ita secun-
 da amne delatus, eō peruenit, ubi Hephaestion
 & Crat.

¶ Craterus in aduersa ripa iussi castra fecerant. Ibiq; biduo Philippum moratus, profectum ad se ad Acesinem mittit, iuxta ripam uer facere iussum: Craterum & Hephaestium persequi iter praecepit. ipse per Hydasphem amnem cursum continuabat, nusquam XX. stadiorum spatio angustiorem. Vbicunq; appropinquare ripis contingebat, Indi fluminis accolae alijs uoluntate, alijs ut in diuionem ueniebant. Contendebat autem magna celeritate in Mallorum & Oxydracum fines, quod magnam manum Indorum pugnacissimorum ibi coactam acceperat: eo consilio, ut traduclis in oppida munita uxoribus ac liberis, atq; omni etate imbelli, ipsi praelio decernerent: atq; ideo magis magisq; festinabat, quo imparatos & perturbatos offenderet. Sexto die eò peruenit, ubi Hydaspes in Acesinem se ingerit. Ibi quod hæc duo flumina in arcto coëunt, quodq; ingentem aquarum mollem admirabili quadam celeritate conuichunt, maxima collectatio erat: rapidiq; uortices atq; undarum cumuli longo spatio inter se collisi, alteq; spuma attollentes, cum terrore ac trepidatione aspicientium procul apparebant. quæ nisi prius ex incolis cognita essent, longe plus terroris haud dubie allatura erant. Postquam uero classem confluentibus propior fieri coepit, tantius ex strepitu sonitus remigum aures compleuit, ut

attoritis similes brachia remitterent : ipsi
quinq; gubernatoribus rei nouitate suspensis.
Recepis deinde paulisper animis, remiges iu-
bentur summa uiru remos trahere, et duerbe-
rato aquarum impetu, neu naues absorberent,
uorticis frangere. Et roeunde quidem naues,
quas coniigit, à fluxu circumferri, nihil aliud
preter eorum qui inuehebantur perturbatio-
nem quandam passæ sunt. Ceterū naues lon-
ga, utpote humiliores ac super undas minus
extantes, praesertim que duorum ordinum
erant, et remis utebantur aquæ propioribus,
non parum detrimenti acceperunt. nam cum
fluctibus percusse alterum lacus attollerent,
pendentes remos undarum impetus protinus in-
fringebat. Multæ earum quassata, due inter se
collisiæ perierunt, ijs qui inuehebantur magna
ex parte desideratis. Postquam amnis latius
pandit cœpit, mutiore iam cursu, minusq; vio-
lentis uorticibus, Alexander classem in de-
ciram ripam flecti imperat. is enim locus si-
bi maxime commodus uisus est, quod ibi erat
sinus quidam, quem rupes eminens fluminis
obiecta faciebat : in eo sinu et quassatas uor-
ticibus naues, et si quis ijs inherentes fereban-
tur seruauit. Post hunc refectionis nauibus, classis
prefectum cœptam navigationem in Mallo-
rum proximorum fines persequi iubet. Quis
postquam uentum est in terram, egressus ex-

cap

cursione facta, quosdam eorum qui nondum ad præscriptionem locum conuenerant, continuit, quo minus ceteris Mallis adiungerentur. Quo facto ad naues reuersus, Hephaestionem, Craterum, ac Philippum cum copijs attributis ad classens profectos reperit. ibi elephanus & Polypercotis copijs & sagittarijs equitibus ac Philippo flumen transiectis, ijsq; Cratero duce dato, classis præfecto præcipit, ut triū dierum itinere terrestres copias ante ueniat. Ceteris uonò copijs in tris partes diuisis, Hephaestionem quinq; dierum iter anteire insperat: eo uidelicet consilio, ut si qui se ulterius progredientem fugerent ab illo comprehensi, ex fuga retraherentur. Ptolemaum autem cum parte copiarum triduo permanere, ac deinde sequi, qui post se retro fugientes adoriatur: mandatis additis, ut cum ad confluentes peruererint, ibi tantisper maneant, donec ipse cum copijs eodem accedat. Idem Cratero mandatum. Ipse cum Argyraspidibus & sagittarijs, & Aprianis, ac eis quos Astheiros uocabam, præterea Pithonis copijs, atq; omni sagittariorū equitatu, ac parte equitum amicorum in Mellorum fines in regionem in aquosam ducebatur. Ac primo quidē die iuxta exiguum annem, qui ab Acefine non plus centū stadijs distabat, castris positis, exercitu aliquātum refecto, uasa qua quisq; haberet, aqua impleri iubet. Quo facto iter persecutus,

s 2 ne no

ne noctu quidem itinere intermisso, ad cccc stadia emensus: postridie sub lucem ad oppidum quoddam Mallorum, quo multi eius gentis configerant, peruenit. quorum plures inermes, ac nihil tale suspicantes, ante urbem natus (neq; enim crediderant propter aquarum penuriam Alexandrum ea iter facturum) magna ex parte ceteris in urbem fugatis, interfecit. deinde oppidum (nondum enim pedestris accesserat) cum equitatu circuando dedit. qui simulatq; profectus est, Perdiccas cum suis ex Cliti copys, ex Agrianis, alias Mallorum urbem obfessionem mutuit, in quam Indorum non paruam manuam sese recepisse acceperat: mandatis traditus, ut praeium incipiat, antequam ipse cum ceteris copys aduenerit. sed tantum det operam, ne oppidum exire, ne' ne ceteros finitos de profectione sua fama praeuenire possit. Post hac cum urbem oppugnare coepisset, continuo Barbari spe destituti muros deserunt, multisq; eorum primo impetu vulneratis ex casis, reducta urbe protinus se in arcem condunt. Ea uero quoniam eminenti loco sita erat, adituq; difficile, aliquan diu sese tutati sunt. Demum imminentibus undiq; Macedonibus, urgente ipsos rege, ac milites accidente: ex ipsa quoq; arx capia est, Barbaris omnibus qui inerant ad duo nulla casis. Perdiccas ad eam urbem quam obsecrare

dere iussus fuerat profectus, ab incolis destitutam nactus, cum cognouisset ex indigenis oppidanos paulo ante effugisse, cum leuis armaturae milite abeuntium uestigia persecutus, plerosq; eorum cecidit: ceteros propinqua paludis seruare. Alexander militibus corpora curare iussis, prima noctis uigilia inde mouens, erumpente luce ad Hydrorum peruenit. Cumq; multis Mallorum iam transgressis, alios transire parantes nactus esset, repente adortus, plerosq; eorum interfecit: amneq; pertransito fugientes affecitus, alios cecidit, alios cepit. Ple-
 riq; tamen in locum quendam natura atque opere munatum, celeri fuga profecti, captiuitatem effugerunt. Profecto ad se peditatu, Pithonem aduersus eos cum copijs ac duabus equitum cohortibus confestim minuit: usq; oppidum primo impetu cepit, omnibus qui in eo comprehensi sunt in seruitutem redactis. Quo facio Pithon in castra continuo ad Alexandrum reuersus est. Alexander deinde ad Brachmanorum urbem exercitum ducit, quo etiam aliis Mallorum multitudinem configisse acceperat. Quo ubi peruentum, nulla quiete nulli data, territos oppidanos magis perturbaret, copias uideq; moenibus admouet: murosq; suffodere aggressus, telis coniectis Barbaros a moeniorum tuione submouet. qui ipsi protinus deserta urbe, in arcem eu-

s 3 serunt.

serunt. *Dum fugientes illos pauci quidam Ma-*
cedonum emerè insequuntur, repente conuersi,
aliquot cæsis, cascos repulerunt. Inter hæc *A-*
lexander scolas arcii admoueri imperat, mu-
rosq; suffodi: quibus suffosisis, cum turris que-
dam ex pars muri contigua cœcidisset, factæq;
esset ab ea parte arx expugnabilior, ipse pri-
mus omnium murum inscendit. Quo usq; Mace-
dones pudore succensi, alius alia certam mu-
rum superare contendebant. Tum uero Indi
deserto muro recta cremare, seq; cum omnibus
fortunis suis incendio superinycere, plerique
etiam resistentes cedere: ad quāna milia casi
sunt. pauci uiui (tanta eorum uirtus fuit) in
*Alexandri potestatem uenere. Post hæc *A-**
lexander uno modò die ad quietem militum
sumpro in proximorum Mallorum fines exer-
cition ducit. Quos ubi agnouit desertis oppidis
in solitudines se abdidisse, sequenti die Pūho-
nem ac Demetrium cum copys quas habebat,
ex parte leuis armaturæ reueri imperat, ac
iuxta fluminis ripam iter facere: ac si quis
Indorian in sylvis circumiectis reperiant, in-
terficiant, præter eos qui sine ui deditioñem fa-
ciant. Quorum plerosque natus, interemis.
Ipsæ aduersus urbem, qua erat in Mallis ca-
serarum omnium maxima, in quam magnum
eius gentis numerum confugisse nunciabatur,
monet. Sed ex hanc Indi, aduenitus eius certio-

res

res facti , destituerant : *Hydraotesq; amne pertransito , in ripis , quæ altae ac præruptæ erant , instruxerant acies , ueluti transitu prohibitiuri.* *Quod ubi accepit , confestim cum omnibus copijs eò aduolat , peditibus sequi iubis.* *Cumq; ex itinere cum equitatu modò amnem ingressus esset , territi Barbari à ripa sensu recedere cœperunt.* *Cumq; eos non expectato peditatu , traiecto flumine insequeretur , multitudine confisi Barbari (erant enim circuiter quinquaginta milia) in cum repente uertuntur.* *Quos ubi confertos animaduerit , congressu abstineri , ac procul obquitando peti iubet.* *Inter hæc Agriani , &ceteri leuiter armatorum ordines , ac sagittarij flamen transeunt : peditatusq; iam haud procul apparebat.* *Quo , uiso defessi viribus Barbari , arrepta fuga urbem quandam uicinam , cuius situ confidebant , pertulerunt.* *Quos Alexander cum equitatu & leui armatura persecutus , plerosque eorum cecidit.* *Profecto peditatu , castris positis , urbem circumfulcit , reliqua dici parte quieti data , peditibus ex iuncte , equitibus propter celerem & continuatam hostium fugam de-fatigatis.* *Postridie omni exercitu bifariam diuisio , a duabus partibus oppugnare urbem aggreditur.* *Quod cum Indi ex muro intuerentur , non expectato impetu , deserto oppido in*

arcem confugiunt. Quos ubi Alexander nusquam apparere animaduertit, porta proxima repente perfracta, ingressi Macedones tota urbe positi sunt: quia tamen Perdiccas, curabat, aliquanto serius introitum. Capta urbe, è nesci-
gio ad arcem oppugnandā itum: pro qua Bar-
barorum multi in acie stantes conspiciebantur,
ut repellere parati. Quibus in arcem haud
magno negotio repulsi, Macedones muros sus-
fodere aggressi, ut irrumperet conabantur. Cum
autem scale tardius ferrentur, continuo Ale-
xander raptas ab uno militum, mœnibus ap-
plicat: scutoq; capiti superiecto, primus in mu-
rum adiuitur, sequente Peuceſta cum scuto
Palladi Troiana ſacro, quod in prælijs p̄r, è
ferre conſucuerat. Peuceſta Leonnatus ſucce-
debat: Abreas quoque, unus ex decurionum
ordine, scalis admotis, et ipſe ad muri fasti-
gium contendere. Iamq; rex supremam muri
partem tenebat, atque obfirmato ſcuto Barba-
rorum, alijs depulſis, alijs imperfectis, ab ea par-
te defenſore nudauerat. Tum argyraspides re-
gis ſui periculo anxij, dum et ipſi ſcandere
contendunt, fractis scalis precipites in terram
corruerunt: Alexander undique ex vicinis tur-
ribus petebatur, procul tamein neque enim In-
dorum quisquam appropinquare audebat. Sed
et ab ijs quoque qui intra murum erant, jacu-
lis ex propinquuo incessabatur. namque ab ea
parte

parte Barbari aggerem intrinsecus iuxta mu-
rum moliti, inde in eum tela iaciebant. Facie-
bat notum, longeque conspicuum, armorum præ-
ter ceteros insignis habitus, et audacia ingens.
Itaque cum animo uolueret, se se ibi diutius ma-
nendo periclitari, nec edere posse quicquam
existimatione sua dignum: at si intra arcem
se coniiceret, fortassis hostes territuru[m], aut cer-
te honeste et gloriose casurum, strenuo saltu
in arcem desilat, muroque innixus, hostium quo-
dam in seruantes, ipsianque ducem se temere
offerentem gladio interficit. quosdam etiam
propius accedentes, lapidibus percussos reppu-
lit. Quo usq[ue] Barbari haud amplius communis
ausi manus conserere, in eum undique eminus-
que aut habebant, aut fors offerebat, tela ia-
cabant. Tres omnino ex toto exercitu, Peuce-
stes, Abreas, et Leonnatus, audaciam eius se-
cuti, pro rege pugnabant. Abreas os sagitta
ictus cecidit. Ipse sagitta thorace discessit, gra-
ue in aduerso peccore uulnus accipit: cuius uul-
neris tanta uis fuit (Prolemao teste) ut animam
unam cum sanguine efflare uideretur. Et tamen
se se ab initio egregie tuebatur, sed mox cum
multo cruento effuso defectis uitribus pronus in
scutum collapsus esset, Pecestes Palladis scuto
superiniebat, oppositu quoque sui corporis ab
irruentibus telis regem protegebat. Leonnatus
quoque lateri affusus, uenientes ictus excipie-

3 5 bas

bat. Sed mox uerunq; uiduera ad resistendum
 inuicti dum sedere. At iam propè erat, ut Ale
 xander sanguis simul cum uita deficeret. Quo
 casu Macedones exanimati, quónam modo
 sine scelis in murum euaderent, omni arte atq;
 ingenere querebant: alijs quidem clavis muro
 affixis (erat enim ex luto ex latere muri stru-
 etur) corpora sublevantes, pendentesq;, alij
 alios sem humeris suspensi, ad muri fastigia ni-
 cebantur: ex ut quisque prior murum conser-
 derat, ita se praeceps cian clamore ex ciuitate
 circa regem salutis propriæ obliuus deiciebat:
 præcensq; scutis simul ex regem trahantur,
 ex demicabant. Pluribus deinde superato mu-
 no arcē introgressis, portulaq; (que inter duas
 torres sua erat) refractis uelibus patefacta,
 proxiimus irruptio in aream facta est. Ab alia
 quo que parte Macedonum impulsu collapsus
 murus, arcis ingressum aperuit. Barbari omnes
 ad intemnitionem casi, nec sexui, nec etati par-
 sum: tanta ira uictorum fuit. Ad curam dein-
 de regis conuersi Macedones, scutanimen scu-
 to efferunt, inter spem metumq; dubij: resolutaq;
 plaga, alijs Critodemum Cum ex Aesculapij
 stirpe sagittam euulsisse ferunt: alijs Perdiccam,
 cuius medicus non adesset, iubente Alexander
 uel ensi uulnus aperiri. dumq; euelleretur, mul-
 tam uim cruentis effusam. Cumq; ob eam rem
 rursum defecisset, sanguinem substituisse, arque

ita

ex syncopin syltendo sanguini remedio fuisse.
 Alia atque alia de hac ipsa re tradunt: eaq;
 fama, que primum ab his recepta est, qui rem
 ipsam scribentes metiti sunt, adhuc apud seculi
 nostri homines ualeat: nec definet ad posteros
 transire, nisi eius fidem scripta cleuauerint.
 Hunc casum in Oxydracis obtigisse, constans
 omnium opinio est: qui quidem apud Mallos
 gentem Indorum liberam contigit. urbs enim
 gentis eius erat. Constituerant tamen Malli
 cum Oxydracis se coniungere. uerum antequam
 coeundi facultas esset, Alexander eò peruenie-
 rat. Sed ex ultimam illam memorabilem pu-
 gnam cum Dario, qua post fugam à Besso com-
 prehensus est, ac necatus, apud Arbela fuisse,
 pro uero receptione est: quemadmodum illam,
 que proximè ante hanc fuit, ad Isson contigi-
 se: ex primum equestre prælium, ad Granicu-
 lum commissum, communis opinio est. namque
 hoc ad Granicum quidem fuit, ex apud Isson
 pugna cum Dario commissa est: Arbela uerò
 ab eo loco, in quo ultimam pugnam Da-
 riuss Alexander que pugnauerint, opi-
 nione eorum qui plurimum, sexcentis stadijs:
 eorum uero qui minimum, quingentis distar-
 quan quidem pugnam ad Gaugamela ui-
 cum ignobilem, iuxta flumen Bumelum, Pro-
 lemaus ex Aristobulus commissam tra-
 dunt. At quoniam Arbela urbs erat per-

id tem

id tempus non incelebris, prælium illud ingens maximeq; memorabile apud illam accidisse, ut mihi quidem uidetur, uulgation est. Si uero existimari oportet, prælium hoc apud Arbelæ contigisse, cum tantum ab Arbelis abesset, eodem modo ex nauale prælium, quod apud Salamina fuit, ad Isthmon Corinthium fuisse dicere licebit: ex eam que fuit in Artemisio Euboica insula, apud Aeginam aut sunum fuisse. Sed de eorum numero qui Alexandri in hac pugna ex uulnere propè exanimem scutis obiectis protexerunt, Peucestam unum fuisse, omnes confitentur. de Leonato non omnes consentiunt, neq; de Abrea decurione. Sunt etiam qui scribant, Alexandrium galeam stipite percussum, caligine oculus oborta concidisse: ac mox recepto spiritu surgentem, thorace iaculo transfozzo, in aduerso pectore uulnus accepisse. Ptolemaeus in pectore modo uulneratum, non autem stipite percussum tradit. Ego uero errorem omnium longè maximum, eorum qui res Alexandri scripsere, huc existimauerim. Sunt enim qui pro uero tradat, Ptolemaeum Zagi una cum Alexandro ex Peucesta in arcem descendisse, ac iacentem obiecto scuto defendisse: ob eamq; rem seruato-rem à milibus appellatum esse: cum quidem ipse Ptolemaeus se huic prælio non interfuisse, eoq; potissimum tempore aduersus alios ciu-
dens

dem gentis Barbaros ab *Alexandro missum*,
nobis autor sit. *Hac iccirco scripsi*, ut qui post-
hoc historiam scribent, maiore diligētia rerum
gestarum ueritatem inquirant, nec tam impu-
denter mentiantur. Interim dum *Alexander*
uulnus curat, perlatus est in castra rumor, eum
ex uulnere interisse. *Ac primum quidem eiul-*
latus ac fremitus totis castris fuit, regis sui for-
tunam deplorantium: *Tantum imperatorem*
ac ducem, in tanto etatis flore, tantisq; rebus
gestis, in ipso rerum cardine, cum is totum or-
bem terrarum imperio suo subiecturus uidere-
tur, sibi immatura morte ereption, inuidisse
deos fœlicitati eius, qui inuictum per tot gentes
regens, atque omnibus terris formidabilem, &
Deo quam mortali similiorem, è uir a sustulif-
fent. Deinde ad se conuersti, sortem suam deplo-
rare ac lamentari, animi simul & consilij ino-
pes: quis'nam tanti exercitus dux posthac fu-
turus esset, inter se moesti requirebant. Plerique
rem *Alexandri ac Macedonum* in aequo po-
nebant. Quoniam enim se modo seruari posse,
inter tot feras gentes, bellicosusq; circumiectas,
nondum à se domitas, quæ pro tuenda libertate
sibi existimarent audacissime pugnandum esse:
presertim cum iij quos iam uicissent, sublati
Alexandri metu, mox descituri uiderentur.
Quo pacto tot altissima flumina se rursum tra-
iecturos esse, deductos in ultimas terras, preda
Barba

Barbaris futuros? Omnia denique Alexandro
 rege suo carentibus desperationem afferre.
At ubi primum allatum est, Alexandrum
 uiuere, non est nuncio fides habita. Allatis
 deinde literis de vita eius, nec ijs quoque pra-
 metu à multis creditur, id enim cōfingi à regis
 custodibus, ducibusq; putabatur. Quod cum
 esset Alexandro renunciationem, ne qui in ca-
 stris motus fierent, ut primum per ualitudinem
 potuit, ad Hydraotis ripas leictica delatus: in-
 deq; secundo flumine ad castra, quæ erant cir-
 ea confluentes, quibus Hephaestionem presece-
 rat, ubi ex Nearchus classem habebat, cursum
 dirigi imperat. Nox ubi appropinquare castris
 ceperit, è nauis sua puppi tentorium auferri, uti
 ab omnibus procul è ripis conspicil posset, prac-
 pit. Ac sic quoque multi fuere, qui non Alexandrum, sed Alexandi corpus exanime es-
 se crederet. tam pertinaciter animis insederat,
 regem uita functum esse. Ceterum postquam
 nauis ad ripā propius appulsa, ad eos manum
 extendit, ex cognitum est uiuere, exclamatum
 est præ gaudio ab uniuersis, alijs in coelum ad
 deos, alijs in ipsum supplices manus tendenti-
 bus: multis etiam qui de vita eius penitus de-
 sperauerant, lacryma sua sponte ceciderunt.
 Enauis egresso cum argyrapides quidam leicti
 cam, qua commodius ueherentur, afferrent, ipse
 equum adduci insit: quicm ut incendit, denuo
 ab ornari

ab omni exercitu clamor in cœlum cum ingen-
si plausu atque lātitia sublatuſ eſt, ripis ac
ſyluis circum uiciniſ undique reſonantibus.
Cumq; iam tabernaculo appropinquaret, ex
equo deſiliat, ut pedibus incedens uideretur, quo-
meliorē ſuis de ualeſtudine recepta ſem da-
ret. Tum duces ac milites certatim aliua
hinc, aliua illinc propius accedere, manus, ge-
nua, uestimenta contingere: alij communus
uidiſſe contenti, ſalutem illi ac felicitatem pre-
cari: coronas alij, alij flores, quoscunq; feret
Indorum regio inſpergere, donec in taberna-
culam ſe contulit. Cum autem ex amicis non-
nulli, qui factum eius reprehenderent, quod ſe
 tanto diſcrimini temere obtuliffet (neque enim
id ducis, ſed militis officium eſſe) eiusmodi no-
ces, ut feribit Nearchus gravis auſor, grauer
ferebat. Quantum quidem exſlimo, granaba-
tur his sermonibus, quod intelligebat illos ue-
ra dicere, ac ſe merito reprehendi poſſe. cate-
rum ille ſiue ardor, ſiue animi furor, qui men-
tes hominum in pralijs stimulare ac rapere
confuerit: tum glorie immoderata cupiditas,
ingeneis ſpiritus regem ad capiſſenda pericu-
la impellebant. Narrat idem Nearchus, ſe
niorem quendam Bœotum (nomen obſcu-
rum eſt) poſtquam accepit Alexandrum
iniquo animo reprehensiones amicorum acci-
pe re

pere, & conturbari eiusmodi sermonibus, ad eum profectum, sua lingua dixisse: O Alexander, uirorum est magna facinora aggredi. simul subdidisse uersiculum iambicum, cuius haec erat sententia: Qui preclarè quicquā facias, aequum esse & pati. His uerbis Alexandrum placatum, ac ei sēncm illum postea chariorem factum. Inter haec legati à Mallis, qui adhuc integrī restabant, ad Alexandrum uenere, qui deditio[n]em facerent: & item ab Oxydracis urbium prefecti, principesq;: & cum his c. l. ex primoribus eiusdem gentis, cum amplissimis numeribus, qui & ipsi sese ac gentem suam in fidem cius darent. Errori autem suo ignosci petebant. peccasse enim fatebantur: sed tamen peccatum uenia haud indignum esse, quod nō multo antè legationem de deditione ad eum mississent. libertatem quidem à se, quemadmodum à ceteris Indis, uel etiam magis experti: quam quidem libertatem ab aduentu Dionysij in Indos, per tot secula imuolatam conseruassene. Quod si ita Alexandro placeret, quoniam & ipsum ex deorum genere ortum fama esset, paratos se esse & præsidem quem daret accipere, & datis obsidibus que imperaret tribut a perdere. Quibus benigne acceptis, auditisq; libertate concessa, id modo petiit, uti mille uiros gentis sua ex primoribus ad se mitterent, quos uel pro obsidibus haberet, si uellet: uel pro milibus

eibus, quo ad ceteris Indis potius esset. Iaq; domum reuersi, fortissimis quibusq; ac primis popularium delectis, mille viros, quingentos præterea currus cum propugnatoribus, quo illius in se gratiam augerent, ad eum extemplo mitrunt. Ipse remissis obsidibus, currus modo retinuit: Philippo & iisdem, ac ceteris Mallis ad quos peruenierant, dato. His ita gestis, nauibusq; pluribus dum uulnus curat adificatis, ex amicorum equitatu ad mille septingenios, ac leuis armatura non multo pauciores, de pediatu uero circiter decē millia nauibus imponit. Non multum spatium emensus, ea peruenit, ubi Hydraotes & Acesines coeunt, ibi Acesines recepto Hydraotē, illius nomen extinguit. Acesinem itaq; ingressus cursum retinuit, donec ad Indum peruenit; nāq; hæc quatuor flumina, magna atq; nauigabilia, Indum illabuntur. Sed non omnia nomen suum retinent, nam ubi Hydaspes se in Acesinem ingredit, amissō nomine Acesinas vocatur. rursus Acesines ubi in se Hydræotem excipit, pristinum nomen retinet. Idem Acesines receptione Hyphasi, eodem nomine in Indum fertur: atq; ubi se immiscuit, honore appellationis Indo ce dit. In ea parte priusquam in Deltam literam dividatur, facile crediderim Indum centrum stadia uel eo amplius, ubi stagnat, in latitudinem patere. Ad hunc Acesinis arque

e

Indi

Indi concursum māsit Alexāder, donec Perdiccas cum copijs aduenit, Abasthenis gente libera suiq; iuris ex ipso itinere subactis. Inter hac alie naues ad eum profectae sunt, quas in Xathris (quae ex ipsa Indorum gens libera se dediderat) comparari iussērāt. Praterea ex ab Ossadjs legati deditioṇem fecerunt. Accēsnes atq; Indi concursum, Philippi prouincia terminum statuit, traditis ei equitibus Thracibus, ac caterorum ordinum quotcunq; regionis illius custodie satis esse duxit. Ad hēc apud ipsorum amnium cōfinia urbem adificare insit, arbitrius opportunitate situs inter Indos opulentam ex claram fore, naualiaq; ibi exterrī. Per eosdem dies ad eum uenit Oxyartes Brachianus, Roxanes uxoris pater: quem humaniter (ut decuit) suscepit, inter charissimos habuit. Post hēc cum ei nunciatum esset, Tirystē superbē auareq; Paropamisadis imperare, Tirystē inde amoto, eam gentē Oxyartis imperio addidit. Deinde pleraque exercitus parte arque elephantis cum Cratero in sinistram partem amnis traicēta, quoniam ab ea parte exercituī graviū via commodior fuitura uidebatur, quodq; gentes finitima non usquequaq; amica erant: ipse ad Sogdiorum regiam secundo amne nauigauit, ibiq; altera urbe condita, nauibueq; constructis, quas satas naues eodem inferri ac reparari iussit.

Deinde

Deinde quantum terrae in eis Acesinis et Indi concursum Oceanumq; cum ora maritima interiaceat, Oxyarti ac Pithoni subdidit. Cratero deinde per fines Arachotorū et Drangorum iherum missō, ipse secundo amne delatus in Musicani regionem deuenit, que opulentissima omnison Indorū esse ferebatur: comotus, quod Musicanus neque dum sibi obuiam processisset, neque legatos de deditione aut amicitia, nec munera (ut par erat) ad se misisset, neque aliquid à se petere dignatus est. tantaq; celeritate nauigavit, ut prius in Musicani finibus conspicatus sit, quam cum mouisse Musicanus acceperit. Cuius repectino aduentu consternatus, quamprimum cum amplissimis pulcherrimisq; muneribus, omnibusq; quos habebat elephantis occurrit, seq; in eius fidem dedit: confessus se peccasse, quod non prius aut ad eum profectus esset, aut legatos de deditione misisset. Que erroris confessio apud Alexandrum plurimum ualbat: nec quicquam ad impetranda uenia uno hoc apud eum erat efficacius. Alexander uenia data, regionem urbemq; admiratus, ut in suis finibus pristinum ius atque imperium retineret, permisit. At ne se procul cum exercitu digresso quippiam noui moliri posset, arcē in oppido exadiscata, Craterum cum ualido praesidio ibidem reliquit. Is enim locus sibi maxime idoneus

idoneus uisus est, ad finitimas gentes in fide atque officio continendas. Exinde digressus cum his copys, quas classe uehbat, finitima prouincia regulum (cui nomen Oxycano erat) quod neque ipse obuiam uenisset, neq; legatos de ditione misisset, inuadit, duasq; eius urbes omnium maximas, admotis copys, si cepit, ipso quidem Oxycano comprehenso, praedaq; militi permissa, elephantos secum duxit. Quo casu conterraneæ cætera ciuitates circumiectæ, continuo sine ut in ditionem uenerunt. Nec Indorum quisquam eius regionis iam amplius aut arm a sumere, aut se tuari audebat: adeò omnes, fortuna jam Alexandri fœlicitati omnia concedente, animis debilitati fractiq; erant. Post hæc aduersus Sambum copias ducit, quem prius montanis Indis satrapem dederat. Is domo profugisse nuntiabatur, quod audisset Musicatum ab eo dimissum, et in urbes atque agros suos restitutum. nam cum Musicano graues inimicities gerebat. Postquam urbi eius quam Sindomana appellabant, qua erat imperij caput, appropinquare coepit, Sambi domestici cum pecunia et elephantis obuiam egressi, fugisse Sambum non odio sui, sed Musicani metu, quæ oderat, causati sunt. Quibus in fidem receptis, aliam quandam urbem Indoriam, que ab eo descivierat, expugnauit: Brachmanis qui sunt Indorum sophistæ, quotcunq;

eunq; in eius potestate uenere, quòd iij causa
rebellionis fuisse dicerentur, interfectis de quo-
rum sapientia, si qua est, Indicarum rerum de-
scriptione scorsum tractabimus. In hoc rerum
statu renumiatur *Alexandro*, *Musicamus*
defecisse. quapropter Pithone satrape in eius
fines confestim cum parte copiarum immisso,
ipse è diuerso eius oppida aggressus, alia di-
ruit, in alia ibidem arcibus edificatis praesidia
induxit. His gestis, in castra ad classem reu-
sus est: quòd *Musicanus* ad se à Pithone uinctus
perductus est. Quem intra fines suos ob perfi-
diam laqueo strangulari iussit, & cù illo Bra-
chmanas, rebellionis autores. Eodem tempore
ad eum uenit *Patalorum* regulus, quam re-
gionem Indus amnis in Delta litera faciem,
Aegypto ampliorem, suo cursu redigit: isq;
& urbes & agros in fidem eius dedit. quē be-
nignè suscepit, & in fines suos remissum, ne-
cessaria exercitui parare iussit. Craterum cum
Atali, *Meleagri*, & *Antigenis* copijs, cūq;
sagitariorum & equitatu anicorum parte,
& cum his *Macedonibus*, quicunq; atate im-
becilliores facti erant (quos quidem iam ante
animo destinauerat in *Macedonianam* remitte-
re) in *Carmāniā* per *Arachotos* & *Zaran*
gos proficiisci imperat: eiq; elephantos agen-
dos dedit: Hephaestione cæteris omnibus copijs,
præter eas quas ipse secum classe in maritimā

oram ducebat, præposito. sunul Pithoni impe-
rat, uti cum iaculatorū equitatu, & Agria-
nis in eam fluminis partem, contra quam He-
pheſlion ducebat, traiçiat: atq; urbes à se con-
ditas, que iam erat mœnibus cinctae, inhabita-
ri cureret: Indosq; finitos, si quid nouarū ab iis
eſſet, caſtiget, coerceatq;: poſtremo Pattalam,
quo proſecturus eſſet, conueniat. Cumq; iam tri-
duo ſecundo flumine nauigasset, nunciarum eſt
ei, Pattalorum regulum magno Pattalenſium
numero coacto, urbe deſtituta, in uastas ſolitas
dines profugiffe, quo nunio accepto properan-
tius clafſem agit. Cumq; ex urbe, ex agros de-
ſertos reperiffet, mox in terram egressus, expedi-
tiſſimos quoſquic è toto exercitu, qui fugientes
persequatur, mittit: retractos quoniam è fuga
continuus remittit, qui horientur cateros ne re-
cedant: licere illis, ut prius, ex urbe ex agris
perfui. Multiq; eorum adempto metu reuerſi
ſunt. Deinde Hepheſlionem in ea urbe arcens
adificare præcipit, miſſis in proximam regio-
nem (que aquarū inopia laborare ferebatur)
qui putoſ defoderet. Quos barbari improuiſo
adorti, cum nonnullos peremiffent, mox in
fugam coniecti, mulcet ſuorum deſideratis, in
ſylvis ſe abdiderunt. Quapropter qui miſſi fue-
rant, cum imperatum opus facere non poſ-
ſent, propter frequentes & improuiſos Barba-
rorū impetus, qui opus facientes diſturbabant
eam

eam rem ad Alexandrum perferunt. quo cognito, Alexander alios confessim submittit, quibus adiunctis Barbari repelliri possint. Circa Pattalam Indus amnis in duo ingentia flumina dividitur: qua utraq; quo ad in Oceanum exirent, Indi nomen perpetuo retinens. Hoc loco Alexander ex portum ex naualia exire insit. Cumq; omnia ad eius uoluntatem succederent, consternuit ad fluminis exitu cū classe ab dextera ferrit, atq; Oceanū petere. Itaq; Leonato cū mille equitibus, pedestribus uero circiter octo milibus, per Pattalā insulā missō, ne parriter cū classē progrederetur: ipse delectianauibus, que uelociores erāt, per dexterorē amnē uehi cœpit. Catorū cā nō haberet ducē classis, fluminis peritū, (nāq; Indi accolā effugerat) difficilior erat nauigatio: in sequenti die uento ab Oceano exorto, intumescere amnis, ac ciere flumus cœpit: nauesq; ueluti in salo agitate, iniūcē collidi. Quapropter pleraq; earū quassatae, aliquae etiam soluta sunt: qua iam antequam subsideret, ad ripam saluis iectoribus appulsa sunt. Alij siq; igitur nauibus quamprimum fabricatoris, uelocissimos quosque ex leviter armatis procul à flumine in terram mittit: ijq; Indos quosila cœperūt, fluminis peritos, quibus postea nauigationis ducibus usus sūt. Postquam uero eō peruenit, ubi amnis ad c. c. stadia diffunditur: cum uenit à mari uiolenter incubuis-

set, ex iam classis remis agi posset; continuo in
 fossam quam duces ostenderunt, naues redu-
 xit. Vbi diutius morantes in alium metum inci-
 derunt, namq; reciprocante Oceanis astu, rece-
 dente unda, naues in sicco destituta sunt. cuius
 rei cum Graci ignari essent, auonius similes
 constiterunt. Sed multo magis, quod mox rur-
 sus se ingereat: i astu naues sublenari coepérunt:
 ex qua in luto hæserant, absq; detrimento at-
 tolli: que uero in solidiorem terram inciderant,
 nec carinis harere potuerant, earum alia ab
 impetu astus rapta, innicē collisa, alia solo im-
 pacta sunt. Quibus ex praesenti rerum copia
 subito refectis cum duabus nauibus premisit
 ad Oceanum, qui insulam explorent, in quam
 insulam duces aiebant sibi descendendam esse.
 ad Oceanum nauiganti: eam insulam Cillu-
 tam uocabant. Qui ubi renuntiauerunt, statio-
 nes esse in ea insula, classi opportunas, eandēq;
 magnam, nec aquarum inopem esse: confessim
 reliquam classem eōdem agi præcipit. Ipse cum
 lectoribus nauibus ulterius progrederetur, ut a-
 mnis ostium inuisat: simul ut exploret, an in-
 de in Oceanum nauigatio tut a futura sit. Pro-
 gressusq; in c. c. stadia, aliam insulam prospic-
 cit: qua uisa, mox ad insulam, quā ante dixi,
 reuersus est: atque in extremo eius, ubi statio
 quadam inerat, collecta classe, diis rite sacrifici-
 canit: quibus mi sacrificaret, ab Ammoni se-
 moniemmo

monitum aiebat. Postridie eius diei ad insulam
in Oceano sitam nauigat: ibi q; alijs hostijs, a-
lijs dys, atq; alio ritu rem diuinam fecit: e; id
quoq; sibi ab Ammone mandatum prædica-
bat. Post hæc nauigare aliquantum extra in-
sulam coepit, uti exploraret (quemadmodum
iaebat ipse) an terræ illæ ultra insulam exta-
rent. Ego autem hanc non leuem nauigationis
sue causam fuisse existimauerim, ut scilicet ex-
tra Indorum teras, in ipsum Oceanū penetras-
se diceretur. tum classem systens, immolatis Ne-
ptuno tauris phialaq; et cratero aureo, post-
quam libauit, in mare proiecit, gratijs Neptun-
no actus: precatus in columem classem ut redu-
ceret, quam cum Nearcho mittere in Persi-
cum sinum, ut Tigris e; Euphratis ostia agnosceret, cogitabat. Post hæc aduerso flumine
Pattalam reuersus, e; arcem perfectam repe-
rit, e; Pythonem cum copijs redisse, ysq;, quo-
rum gratia missus fuerat, perfectis. Igitur He-
phaestioni adificandorum naualium negotio
dato (nanque ibi cogitabat, ubi Indus in duas
partes dividitur, classis partē relinquere) ipse
ab altera fluminis parte cum reliqua classe
petere Oceanum instituit, exploraturus num
ipsius fluminis ostio exitus in Oceanum faci-
lior atque expeditior foret. Distante autem ab
inuicem utraque ostia stadijs M D C C C.
canum terrarum Pattala ab ora maritima
occupat.

occupat. I anq; haud procul à confinio fluminiis aberat, cum peruenit ad lacum quendam, quem ex fluminis inundatio ex adiacentibus campis undiq; confluentes aquae efficiunt. Est autem is lacus amplissimus, ex marino fiume similis. nā ex pisces marini in eo cōspicuntur, maiores ijs qui in nostro mari nascuntur. Nauibus igitur eō appulsiis ad eam terrae partem, quā duces ostenderat, ac plerisq; militibus ibidē cum Leonnato præsidio relicti cū parte navi, ipse cū reliqua classe superato fluminis ostio, ex ea quoq; in Oceanū procedit, faciliōrē nactus inde in mare exnu. Deinde in littore cū equitatu quē uexerat egressus, triduo iuxta orā maris iter facit, contemplando locorū suū, si qui essent sinus aut stationes, quō naues agi ex à tempestate fernari possent. Ad hac puto eos pluribus locis effodi imperat, unde aquarū copia classi suppetet. Post has ad naues regressus, Paralā aduerso flumine reperiit, exercitus parte in maritimā orā missa, qui opus facientes adiuuaret: ac denuo repetito laci, alias stationes, aliaq; afferuandis nauibus apta adficia extruit: præsidioq; ibidē relicto, frumentū exercitū in quatuor menses portari iussit. Nec minor a cura cetera ad nauigandū necessaria parabat. Erat enim anni tempus ad navigationē inhabile. nā maximē cōsuetū ab Oceano ex à meridie uēti perflat. Siquidē ab initio hyemis,

hoc qd

hoc est ab occasu pleiadum ad hybernum solsti-
tium, nauigabilem in his locis Oceanum ferū.
nanq; ea tempestate aura molles consurgunt,
propriera quod terra ipsa frequentibus pluvijs
madefacta, uentos exhalat. Hanc tempestatem
Nearchus classis praefectus de industria expe-
dibat. Interim Alexander ex Pattala di-
gressus, ad Arabium flumē cum exercitu pro-
cessit. Iaq; inde assumpta argyrapidum ac
sagittariorum parte, item quas vocant Assithe-
teron cohortes et equitatus amicorum; et ex
singulis praefecturis equitum cohorte una,
et equitibus sagittarijs, uersus Oceanum ad
laudem conuerititur: simul ut puteos in usum
uenturi exercitus pluribus locis perfodiatur, simul
ut mortanos Indos gentes antiquius liberas in-
uadat, quoniā nihil amicum erga se aut erga
exercitum egisset. Reliquas copias Hepha-
stioni ducendas tradit. Ceterum Arabita,
gens, et ipsa libera inter eas quae circa
ipsam flumen incolunt, cum neque sibi ad
resistendum satis virium habere uiderentur,
neque Alexandri imperio parere statuissent,
confestim cognito eius adueniu, se in soli-
itudines receperunt. Qua re cognita Ale-
xander amnem (erat enim angustus, modicaq;
alitudinis) celeriter transiit. Cumq; continuo
itinere, ea nocte que secuta est magnam para-
tem solitudinis peragrasset, erumpente luce
in

in loca culta peruenit, peditibusq; sequi iussis,
 ceterū equitibus (quo latus panderetur agmē)
 in alas diuisis, montanorum fines inuadit. Ex
 quibus multi cœsi, pleriq; etiam capti sunt. Post
 hac modico fluuo reperto, iuxta eum castra
 fecit. Deinde ubi Hephestion cum reliquis co-
 püs accessit, ulterius progreди cœpit. Profe-
 Elusq; in pagum quendam, qui erat eius gen-
 tis maximus (Rambacia illi nomen erat) cum
 situs sibi placuisse, ut pote magna ex opulen-
 te urbis olim futura sedes, Hephestioni nego-
 tio dato, ipse assumpta ierum parte copiarum,
 in loca Gedrosis atq; Oritis vicina profectus
 est, qua parte angustum transitum esse nuncia-
 batur. ad eas angustias Orita simul ex Gedroſi
 castra fecisse dicebantur, ueluti transiu prohibi-
 bituri. Et erant iū quidem acie instructa, uerū
 ubi Macedones iam apparere cœperunt, ma-
 ior pars montium fauibus descrevis pra meū
 discesserunt. Sed uides Oritarum exterriti, mox
 ad eum profecti, ex gentem suam in eius
 potestate dederunt. Quibus in fidem receptis,
 uti gentem suam, qua in armis erat, domos re-
 mittant, imperari nihil eos incommodi, si id fa-
 ciant, accepturos, ijsq; ex pollophanem pre-
 ponit: ex cum illo Leonnatum, unum ex custo-
 dibus corporis, cum Agrianis, ex sagittario-
 rum atq; equitum peditumq; ex Gracorū
 mercenariorū parte manere iubet, donec
 classis

classis regionem illam transvecta sit: qui ex urbem inhabitandam curerit; et res Oritarum ita constitutat, ut satrapae dicto audientes sint. Ipse cum reliquo exercitu (namque Hephaestion cum ceteris copijs aduenierat) aduersus Gedrosos pergebat, per solitudinem iter faciens. In hac regione Aristobulus tradit, myrra arbores nasci proceriores quam alibi uspiam rarum: Phoenices negotiatores, qui sequebantur exercitum (tanta eius ubertas erat) multa iumenta ea materia onerasse: magnam præterea nardi copiam in ea sylua esse, idem Aristobulus refert, atq; in ea quoq; ipsos Phoenices magnam uim legisse: multum etiam equorum ungulis longo iraetu conculcatum, suauissimo odore aërem replesse. Alia item genera arborum, in quibus speciem quandam folijs lauro persimilem: eas in locis, que accedente astu à mari inundantur, nasci: easdem astu recedente in sicco destituit. quae uero in humilioribus locis et concavis gignantur, eas à mari obrui, nec corrumpi tamen falsidine. Harum aliquas xx x. cubitos in altitudinem tendere. eoq; tempore contigisse, ut earum aliqua florerent, quarum flos maxime similis uiole alba esset, odor uero amabilissimus. Oriti item ibidem caulem quendam, spinis insitis: inter quas una tantæ soliditatis ac magnitudinis, ut circumequitantium quorundam com-

preh.

prehensa ueste, non prius abriuipi auelli'ue
 potuerit, quam illos equo detraxerit. Ad hæc
 lepores, si pilis ea spina implicantur, non secus
 atq; aues uisco, aut hamo pisces capi: ferro ta-
 men haud difficulter incidi. qua spina interci-
 sa, caulem magnam uim succi euomere: maio-
 rem etiam quam fucus, si cadantur uerno tem-
 pore, ac magis austorum. Exinde Alexander
 per Gedroforum fines profectus est, si er difficile
 atq; incommodeum, cum propter ceterarum re-
 rum, sum maxime aquarum penuriam. ex quo
 exercitium saepe sui laborare contingebat, ac
 neceſſe erat plurimum itineris nocturno tempo-
 re ob eam rem facere. Ducebat autem secus
 mare, quo lacus mari propinquos inuiseret: si-
 mul ut in classem necessaria, alibi puroſ, alibi
 rerum uenialium fora, alibi alia pararet. Cate-
 rum ea Gedroforū ora penitus deserta ex in-
 culta erat. Simul Thoanta Mandrodori pro-
 pius mare cum modico equitatu speculatorū ni-
 sit, an aliqua pro nauibus statio, aut aquarum
 copia, aut aliud quicquam clāsi necessarium
 in his locis reperiretur. Qui reuersus renuncia-
 uit, inuentos à ſe pifcatores quodam modicis
 rugurijs habitantes, conchas marinæ congeſtis
 ijs pro muro eſſe, teſta ex grandium pifciū spi-
 nis contexta: aquæ parum habere, nec ullam
 omnino habere dulcem. Cumq; Alexander
 continuo itinere in locum quendam Gedro-
 forum

fororum cultiorem peruenisset, ubi erat aliquando maior frumenti copia, quicquid reperit instrumentis impositum, signoq; eius obsignatum ad litteris deportari iubet. quo frumento nihilominus interim dum alium locum petit mari proximum, milites neglecto imperio, cum necessaria deessent, usi sunt. Efficiebat fames, ut praesenti morti incertum à rege periculum, posthabere licere arbitrarentur. Quibus Alexander facile (ut par fuit) ueniam dedit. Deinde ea regione peragrata, quicquid commeatuū nactus est, Cratheum Callatianum in maritimā oram deferre imperat: indigenis item iussis, quantum frumenti possent, ex superioribus locis deportare, ac molere, &c. cum palmarum fructibus penedes ad mercatum mari uicinum agere. Telephum quoq; unum ex amicis, cum aliquanta uī frumenti triti aliò misit. Ipse ad regiam Gedrosorum urbem, quam Puram appellabant, progressus est: ad quam quidem l. x. die ex quo ex Oritis discessit, peruenit. Tradunt plures ex Alexandri rerum scriptoribus, labores omnis quos eius exercitus per Asiam peragrando perpetratus sit, ijs quos in hac regione pertulit haud quaquam comparandos esse: nec ignarum tamen earum difficultatum, cum omnia prius ab indigenis edocitus esset, hoc iter ingressum, ac persecutum. Hoc autem quod sequitur, unus Nearchus scribit:

scribit: cum audisset Alexander nullam adhuc
 ducem, qui in eas regiones cum exercitu profe-
 c~~et~~ esset, incolumes copias reduxisse: Semira-
 mum cum maximis copijs eò profectum, uix
 cum uiginti suorum effugisse: Cyrus Cambysa
 filium, qui et ipse in Indorum fines penetras-
 set, cum septem modo ex tanto exercitu evadisse,
 rerum omnium inopia uexatum: utriusq; amu-
 latione Alexandru magis magisq; incensum,
 ut loca illa adiret, ne ijs gloria cedere, ne ue-
 quid sue et militum suorum virtutis inaccessum
 nideretur. Erat autem ea regio solis ardoribus
 exusta, multumq; aquae indiga. Quapropter
 multi de exercitu, iumenta preserim, perire.
 Incidebant interdum in tuculos, ueluti colles
 quosdam, arena torride fugientis uestigium,
 atq; introrsus cedentis, in luti aut niuis modion:
 simul equi iumentaq; propter iniuriam uiae
 defatigabantur. diuturnior quoq; in iisdem lo-
 cis mora (defectus enim aquae cogebat pro ne-
 cessitate itinera facere: et alias procedere,
 alias morari) non mediocriter exercitum ange-
 bat. Si noctu proficiscentes mane aquam nocte
 essent, aliquanto minus graudabantur. si uero
 totam diem sine aqua agerent, nihil erat ijs
 miserius. Multa iumenta inopia rerum nece-
 sariarum a militibus cesa, ex quibus fames ali-
 quantum sustentata: que uel sui, uel astu defe-
 cisse milites ipsi mentiebantur, nullo redargue-
 te teste,

te teste, cum penè omnes in eadem culpa essent.
Nec ea tamen Alexādrum latebant. Sed co-
gitabat, in eo rerum statu dissimulare satius esse,
quam coniuctos maleficij impunè præterire. In-
tacis uero difficultibus, qui uel morbo uel las-
siudine lāguebant, ulterius duci non poterant,
tum iumentorū tum currū inopia: quos ipsi-
met milites, cū per arenā agere non possent, sua
sponte soluebant. Mulii etiam currus suos dif-
fregerant, priusquam hoc iter inuaderet: ne co-
gerentur, omib[us] brevioribus itineribus, per ea
qua curribus agendis aptiora uidebantur, cæ-
terum longiora, proficiisci. Qui uero inualidos
ducent, aut exspectarent, curarent' ue, nulli
erant: tant a celeritate agmen agebatur. nam
p[re] communis salutis studio, de singulorum sa-
bute nihil pensi habebant. Si quos autē nocturno
itinere fatigatos interdiu somnus oppresse-
rat, postquam excitati erant, si uires suppete-
rent, per uestigia agmen sequebantur. quorum
pleriq[ue] cum in arena uasilitatem, non apparen-
tibus usquam uestigij, tanquam in immensum
pebagus incidissent, post longos errores perierūt.
Accesit alia aerumna; propè aequè grauis..
nanq[ue] Etesys flaminibus, Gedrosiorum regio im-
*bribus obnoxia est: quemadmodum & Indor-
um cætera regio, non hac quidem plana, sed
*montana plurimum: in ea nubes non excedunt
 montium cacumina. Cum autem castra fecer-**

torrentem quendam posita essent, circuer secundam noctis vigiliam improvisis imbribus auctus torrens, tanto sese imperio per agros effudit, ut pueros plerosq; ac foeminas (qua agrè agmen sequebantur) cum regia supelleelite, ac sarcinis, iumentisq; (qua supererant) correpos abstraxerit: ijs quoq; qui in castris erant, magna armorum parte amissa, difficulter seruatis. Pleriq; etiam dum proficiscerentur, aquarum copiam nacti, calore ac sui stimulante, sumit inopie futura metu immodico potu distensis, animam efflauerunt. Quapropter Alexander castra ab aquis remniora viginti interdù stadia faciebat: ne qui primi fontem adussent: miris iumentisq; promiscue potum festinantes, aquas ceteris sequentibus turbarent. Quæ quidam Alexандri prouidentiam minime prætereundam duxi, quod dignam laude exigit manus. Sunt qui scribant hoc apud Paropamisadus factum, cum exercitus iam per arenas perpetuis caloribus exustus azeretur. aquam enim inueniri, pro refiiendo exercitus diuino iuinere confecto, necesse erat. Et Alexander quanquam sui fatigatus, pedes tamen et ipse ducebat agmen, quo milites ac duces exemplo suo labores atq; cruentas leius ferrente. Cumq; ex leviter armatis, qui paulum ab agmine disuenerant, si forte aquam uspiam reperirent, exiguum quendam et impurum sonum inueniuntur:

nissent: hancam inde aquam galee ingestam,
ueluti singulare donum regi deferūt. quam sus-
cepit, ne contempssisse nusus uidetur, lau-
datis qui detulerant, ne sua tantum saluis à se
ratio habita uidetur, in conspectu omnium
in terram effudit. Atd hac tot mala accede-
bat; quod itineris duces deletis à uento in are-
na uel ligis, niae se oblitos aiebant, neq; enim
ulla usquam aut arbores aut colles extabant,
ex quibus nia conjecturari posset: nec uero in-
digene aut solis interdin, aut astrorion noctis
cursum motionis obseruāt, quemadmodū nau-
ta geminas arclos: Phœnices quidcm mino-
rem, careri mortales maiorem. In hoc discrimi-
ne Alexander quaneum conjectura consequā
potuit, oportere declinando ad sinistram flecte-
re arbitratu, paucis quibusdam equitibys de-
lectis iter inuadit. Quorum plerisq; cum equis
præ astu defecissent, relictis, cum quinq; modo
ex omnibus iter persecutus, ad mare peruenit.
Cumq; galea proiecta fontem dulcem puerumq;
reperisset, eò confessim exercitum traduci.
Exinde continuato itinere septem diebus se-
cūs mare profectus est, latore hand altè de-
fossi, aquarum copia suppetente. Postquam
uero itineris daces uiam sc. noscitare. dixe-
runt, ducere in mediterranea cœpit. Atque
ubi ad regiam Gedroforum peruenit, militi-
bus defessis quiete data, apollophanē (quem

n 2 provinciæ

prouincia pafecerat) quoniam haud recte cu-
 rasset que mandauerat, eo honore priuauit.
 Thoante in eius locū suffecto. qui cum ex morbo
 decessisset, Sisyrius ei successor datus: qui et ipſe
 Carmania nuper ab Alexandro satrapes fa-
 ctus fuerat. Ceterū Carmania Neoptolemo
 Pythophani ab Alejandro tradita, ipſe in
 Arachotos & Gedrosos imperium accepit.
 Tamq; Germaniam uersus progrederi rex cope-
 rat, cum ſibi nunciatum eft, Philippum (quem
 Indis pafecerait) mercenariorum fraude inter-
 emptum: percuſſores per Macedonas corporis
 ſui cuſtodes partim in ipſa cæde, partim post
 perpetration facinus comprehenſos eſſe. Que
 poſtquam cognouit, ad Eudemum & Taxilem
 in Mediā ſtatim literas misit, quibus iubebat,
 uti regionis eius qua ſub Philippo fuerat, curā
 uſſicperent, donec aliis in demortui locion à ſe
 mitteretur. Carmaniam ingresso, Craterus ad-
 uenit cum reliquis copijs, & Ordone (qui rebus
 nouis ſtudens rebella erat) comprehenſo. Eo-
 dem etiam Stasanor, & Ariorum & Sāgo-
 rion satrapes; et cum his Pharasmenes, Phra-
 tapherna Parthorum & Hyrcanorum satra-
 pa filius. duces quoq; copiarum, quos cum Par-
 menione in Media reliquerat: Cleander, Sital-
 ces, & Heracon, cum magno & ipſi militem
 monero. Ex quibus Cleandrum ac Sitalce (ad-
 cuiſatos non ab ijs modo quibus prefuerant, ue-
 rumet

rumetiam à militibus, quòd multa improbè ex
 auarè perpetrassent, quòd templū spoliassent,
 quòd uetera ornamenta detraxissent, quòd im
 subditos multa iniustè commisissent) necari
 iussit: quo ceteris exēplo essent, quos in his locis
 cum imperio relinqueret. Idq; factum uel ma
 ximè in officio omnes gentes nationesq; conti
 nuit, quæ uel sua sponte, uel coacte in Alexā
 dri ditionem uenerāt: quamuis ex multa essent,
 ex tanto interuallo ab inicem distarent. He
 racon tunc quidem iudicium effugit: ceterum
 paulopost à Susijs conuictus, quòd eorum tem
 plum diripiuerat, damnatus poenas dedit. Stasa
 nor ex Phrataphernes magnam uim iumento
 rum ex camelorum ad Alexandrum duce
 bant, cum eum per Gedroforum fines iter face
 re accepissent: coniectura suspicati, magna il
 lam iumentorum incommoda passurum. quos
 per opportunè ad se adductos, res in duces ac
 milites singulos diuisi. Sunt qui affirment (qui
 bus ego non assentior) Alexandrum duobus
 curribus iunctis, amicisq; impositis, inter dul
 cisimos cantus iacentem, per Carmaniam ue
 ctlo exercitu, ex iocns profusos penè sequente,
 profectum: que ad uoluptatem pertinent, à
 Carmanis in uia dispositis. idq; ab Alexan
 dro ad Dionysij imitationem factum: quem fa
 ma erat, superatis Indis reuertentem magnam
 Asia partem peragrasse, Dionysiumq; ipsum

n 3 appell

ipsum appellatum triumphum, indeq; solennes popas, que pro partis uictorijs aguntur, triumphi nomen soritas. Ceterum neq; Ptolemaeus, neq; Aristobulus, neq; alius quisquam granis autor ista scripsere. Illud uero traditum ab Aristobulo est, Alexandrum ob uictorianam de Indis partam, & reductum ex Gedrosis exercitum, musico & gymnico certamine proposito, diis gratias agentem sacrificasse: ac Pencestam inter corporis sui custodes retulisse, quem iam antea constituerat Persidi preficere, quod se iacentem ac semiuainum in Mallis opposito scuto protexisset. Habebat eo tempore Alexander sepeem modo sui corporis custodes, quos Somatophylacas herbo Greco appellabant: Leonnatum Antei, Hephaestionem Amyntoris, Lysimachum Agathoclei, Aristonian Pisai, hos Pelleos: Perdiccam Orones ex Orcide, Ptolemaum Zagi, & Pythonem Crateri, Eordenses: quis Pencestes octauus est additus. Inter hac Nearchus regia classis prefectus, montanorum & Gedroforum & Ichthyophagorum oris collustratis, ad Carmania oram profectus, que sibi in ea navigatione coniigerant, quaq; uiderat, Alexandro ordine narrauit: quem mox ad classem in oras Susamorium remissum, ad Tigris fluminis ostium navigare iussit. Quomodo autem ab Indo flumine ad mare Persicum & Tigris exitum en*wiga.*

nigeriter, Nearchum sequens, seorsum alio libro exponam. Alexander Hephaestionem cum magna exercitus et iumentorum ac elephatorum parte, haud procul a mari hybernandi causa ex Carmania in Persidem ire iubet: quod ea regio per hyemis tempus, quoniam maiori vicina est, mitioris cœli, et rerum necessariae abundans esset: ipse cum expeditissimis quibusque peditum, et amicorum equitatu, ac sagittariorum parte, aduersus Pasargadus Persidis profectus est. Stasianore domum remisso. Cumq; in Persidis fines peruenisset, Phrasaortem satrapam non reperit: qui co-adhuc in Indus res gerente, morbo decesserat. uerian Orfines praesidem gerebat, cum nemo esset qui post Phrasaortis mortem eam prouinciam tueretur. Accesit quoque ad eum in Pasargadus Acrobates, Media furapes. isq; Baryaxem Medium uinctu adduxit, affectati regni reum, quod cidarim rectam induisset, scq; Medorum ac Persarum regem appellari iussisset: ex cuius en desecionis participes, quos omnes necari imperauit. Conturbatus est autem uelementius se pulcro Cyri violato, quod suffissim ac spoliatus Aristobulus tradit: de quo hoc scribit. Sepulcrum esse apud Pasargadus in hortis regis, circa id lucum omni arborum genere consuum, in eum per canales aqua deriuari, alto gramine circufo, quadrangulari lapide quaternorū pedum, ab

uno adficiunt constare. in eiusdem fastigio adcula lapideo fornice connectam, portulam inesse angustam, uix mediocris hominis capacem. In eadem adicula auream urnam impositam, in qua Cyri corpus conditum esset, lecticam pedibus aureis mira arte elaboratis: candym, qua est uestis regia, lectulo superinectam, aliosq; corporis cultus, Babylonij operis. Stolas præterea hyacinthino colore, uemq; uariegaris coloribus insignes: torques quoq; armillas, gladios: auri quoque ornamenta, ex auro gemmisq; composita: mensam ingentis precij, arma lecto imposta, quibus ipse Cyrus uui solitus. domunculam autem adiectam, in eorum usum qui monumentum custodirent: filiis post parentum mortem in id munus succedentibus. His pecudem unam, frumentiq; irni ac uini certum modum singulis diebus, equum unum singulis mensibus in sacrificium, a successoribus dari solitum. Sepulcri titulum Persicus literis annotatione, in hanc ferè sentenciam: O mortal is, Cyrus ego sum, Cambyses filius, qui Persarum regnum constitui. Asiaq; imperia. Itaq; ne mihi ob hoc monumentum inuidias, rogo. Erat Alexander iam iam cum Persas uictricem, percupidus inuisere Cyri sepulcrum. Ingresso itaque, omnia furto sublata, preter urnam ac lectum, reperit. Neque ipsius quoque Cyri corpori parsim, repulso namq; ut me operculo

culo, ex ipsius corpus eiectum, urne aurum de-
rasum: fures propter eius crassitudinem, nec fuer-
tini, nec exigui temporis id opus arbitratos, ur-
nam (ne in furto deprehenderentur) reliquisse.
Resert idem Aristobulus, exornandi denuo se
pulcri sibi negotium ab Alexandro datum:
seq; eas corporis reliquias, quæ adhuc supere-
rant, in urnam stragula ueste uelatam collectas
recondisse, refectam urnam rursus operculo te-
xisse: lectumq; coronis, alijsq; ornamenti, in-
star priorum, exornasse: totidemq; numero, ex-
pretio, paria pristinis reposuisse: ad hac portu-
lam edicula ita, ne quod eius uestigium exta-
ret, regio signo impresso, lapide ex calce firmu-
xisse. Post hanc Alexander rei indignitate per-
motus, Magos sepulcri custodes comprehen-
sos in quaestionem dari iubet, qui sepulcri uiola-
tores indicent. Sed neq; de se, nec de alio quo-
quam confessi sunt: neque dum ab ullo conui-
eti, à se id scelus admissione esse. quapropter ab
Alexandro liberari sunt. Exinde Persarum
regiam accessit, quam priore aduentu (ut di-
ctum est) tremari iusserrat. quod factum eius nec
ego laudau, nec ipse quoque reuersus compro-
bavit. Ibi multa Orxinis crimina, qui Persas
post Phrasaoris obiectione rexerat, obiecta sunt,
quod templis spoliaasset, quod sepulcrorum uiolasset,
quod milites Persarum iniuste peremisset. ipse
convictus, in crucem sublatus est: Penceste in-

cius locū suffecto, qui satrapes factus vir prout
in adulacionem ingenij quo sibi Barbarorum
animos illaceret linguam Persicam protinus di-
citat: Medorumq; ueste assumpta, cultu Persico
per cetera usus est. Quod eius factum ex Ale-
xander laudavit, ex Perse letis accepere ani-
mis, quod penes se culius patrijs moribus praem
disset.

ARRIANI NICOME-
DENSIS DE REBUS GE-
RIS Alexandri Magni re-
gis Macedonum,
liber. VII.

POST QVAM Alexander
in Pasargadas ac Persopolim
profectus est, rursus eum cupi-
do cepit, per Euphratēm ac
Tigrim mare Persicum adire,
Ex iporum fluminum exitio nisere, quem ad-
modum Indi antea uiderat. Sunt etiam qui scri-
bant, cogitasse Alexandrum, Arabum at-
que Aethiopum iuemq; Libye ac Numidia
oras ultra Atlantem montem, Gades, ex no-
strum mare cum classe obire: A phricaq; ex
Carthagine subacta, totius Asia se regem ap-
pellare: reges Medorum ac Persianorum, ne mi-
nima

nime quidem parti Asia imperantes, haud
iure magnos vocatos sibi iusos esse. Alij ad-
dunt, cogitasse eum in ponentem Euxinum profi-
cisci, aduersus Scythas, ad Maeotim paludem.
Nonnulli etiam in Siciliam, & Iapygium
promontorium. Nam tum enim Romanorum no-
mine latè diffuso, stimulabatur animus gloria
audius. Ego autem cuiusmodi essent eius cogi-
tata, neque affirmare, neque assequi possum:
neque si possim, id dicere ausim. Illud uero mihi
videor affirmare posse, cum nechumile quic-
quam, nec abiectum animo uoluisse, nec parte
acquieturam fuisse: non si Europe imperio
Asiam atque Africam Britannosq; con-
tinuata uictoria adiecisset: quin etiam ultra or-
bem terrarum aliud fuisse quiescerum. Qua-
propter Indorum sapientes quosdam aiunis
Alexandro atque eius exercitu conspecto (sub
dio enim Magi in pratis agere solebant) pe-
dibus terram pulsare coepisse. Interrogatos ab
Alexandro per interpretes, quid ita face-
rent? respondisse: Tantum quenque terra re-
nere, quantum ambulans calcaret: & ipsum
quidem Alexandrum ceterorum mortalium
similem esse, preterquam quod plurimis re-
bus occupatus, inquietusq; sibi aequè atque
alijs molestus, tam procul à patria progres-
sus esset: pauloq; post moriem, non plus ter-
re possessum, quam quantum corpori suo con-
tegen

regendo sat foret. Laudauit quidem Alexander sapientum sententiam, ut ueram atq; praeclaram: ceterum auaritia gloria atque imperij illum in contraria transuersum egit. Eodem modo et Diogenens Sinopeum admiratus dicitur, cum cum apud Isthmum iacentem in sole, stans ipse eum argyrapidum manu, et militibus suis uidisset, quasissetq; ex eo, Nam aliqua re egeret? cui Diogenes, Nulla se prorsus egere: id tantum petere, ne sibi solem eriperet, quem oppositus occuparet. Adeò non usque quaque à cogitatione optimarum rerum auersus erat: sed amore gloria (ut diximus) ad deteriora trahebatur. Nam et ueniente Taxila cum Indorum quosdam sapientes nudos agere uidisset, desiderium coepit unum aliquem eorum secum in eam expeditionem (cuius consuetudine frust posset) adducendi, tolerantiam laborum incredibilem admiratum. Ceterum maximum natus, eundemq; magistrum Sophistarum, ac principem (quem Dandamim uocabant) respondisse: neque se ad Alexandrum uenturum, neque passurum ex discipulis quenquam adire: se item Iouis filium esse, quod Alexander uulgò iactaret: nec rem ullam ab eo experiere, praesentibus contentum: uidere se Alexandrum et qui cium eo militarent, tantum terrarum et pelagi nulli bono pererrare; nec eorum erroribus ullam finem fore nihil itaque se experiere, quod

Ale

Alexander præstare posset: sed et nec timere quidem, ne ijs quæ teneret prohiberetur. sibi in omnem uitam Indorum regionem pro tempore fructum ferentem sat esse: cumq; ex hac uita in bentibus dijs excedere contingere, discessuram se à socio non satis clemente: id est, à corpore. Quæ cion audisset Alexander, noluisse inuitum cogere: quod cion liberum esse, ac liberè loqui sciret. Persuasissimamen Calano, qui erat è Sophistarum numero, uti se sequeretur: quem ut maximè inconstantem (Megasthenes scribit) ceteros Sophistas accusare solitos, qui relictæ felicitate, quam apud se esse existimabant, alium dominium, quam Deum coleret. Hac ego hoc loco enarranda duxi, quoniam oportebat in historia, quæ de Alexander scripta est, de Calano mentionem fieri. Is namq; in Perse, cum in morbum incidisset, qui nunquam antea ager fuerat, non patiebatur se ad agrotantium regulam curari Alexander inquiens, bene secum agi, si è uita excederet, antequam aliquid pateretur, quo de prioris uita ordine sibi quicquam necessario immutandum esset. Quem postquam Alexander fixum atq; immutabilem animaduertit, nec retineri in uita posse, pyram extrus (ut Calanus iusserat) permisū, eius rei negotio Ptolemao dato. Sunt qui asserant, pomparam ab Alexander permissam: equos scilicet, ac milites armatos: quosdam etiam qui

chura

thura atque omnis generis odoramenta, poculaq; aurea, atque argentea, & regales insuper uestes pyra ingereret: & quoniam propter agitudinem ambulare non posset, equum ei paratum: cuius iactationem cum uix ferret, lectica impossum, atque Indico more coronatus, et patria lingua hymnos canemē, equum, quem fuerat insensurus (erat autem regius ex genere Nysaorian) à se Lysimacho donatum, uni ex ijs qui eam propter sapientiam colebant: Pocula uero, & stragula uestis, qua Alexander pyra superiū iusserrat, ijs que circa se officij causa erant distributa. Eundem consensa pyra, respicientem exercitum cum decore membra posuisse: Alexandro (neque enim decere existimabat eiusmodi spectaculo de homine umico interessere) à conspectu eius digrasso. Omnibus uero qui aderant, non mediori admirationi fuit, quod cum crenaretur, quasi ignis nihil noceret, toto corpore immobilis stetit. Incensa pyra, ait Nearchus tubas insoniisse (ita enim ab Alexander mandata) rotumq; exercitum clamores in coelum substituisse, prout in prelijs fieri solet: elephantos quoque horrendum insremuisse. Hac atque huiusmodi de Cabano graves autores scripsere, non inutilia ornatio mortalibus, quibus cura est agnoscere hominis animum: omnia dura perferre posse, ac si uelit, immutum esse. Post
hac

hac Alexander susas progressus, Astropa-
 tem domum remisit: Abulitem Sufiorum sa-
 trapem, & Oxatrem eius filium, quia in Su-
 sios multa auariter ac superbe perpetraverat;
 damnatos occidi insit. multa namque per eos
 quibus provincias ac nationes à se subactas
 Alexander commiserat, quoniam diuturnior
 fuerat eius in Indis expeditio, nec eum reuerfu-
 rum credebant propter ingentia pericula qua
 subiturus videbatur, tum effaratum gentium,
 tum amplissimorum fluminum, tum inopia re-
 rum necessariarum, tam in deorum templo
 quam in populos sua fidei commissos, crudelis-
 sume acta fuerant. Sed & ipse Alexander
 tum prouior in delatores fuisse dicunt, &
 iunctos quoque uel pro leui noxia punisse: ut po-
 te qui sibi persuasisset, illos etiam ipsi peiora ca-
 dem mente perpetravuros fuisse. Post hac ingen-
 ti apparatu, & sibi & amicis nuptias cele-
 brare instauit. & sibi quidem Barsinem Da-
 rij filiam (ut ait Aristobulus) iusto matrimo-
 nio copulauit: ab Parysatim, filiam Occhi in-
 niorem, iam enim ante Rhoxanem duxerat (ut
 diximus) Oxyartis Bactriani filiam: Drype-
 si altera Darij filia, uxore Hephestioni da-
 za. uolebat enim, quo sibi magis Hephesti-
 nem deuinciret, illius filios liberis suis consan-
 guinitate iunctos esse. Cratero Amastrinens
 Oxyartis fratri Darij filiam: Perdicce Astro-
 pati Medoru satrapae filia, Ptolemeo ac Eu-

meni scriba regio duis Artabazi filias, huic Artacaman, illi Artonim: Nearcho Spica-
menis Bactriani filiam uxore dedit. alijs item
amicis, Persarum ac Medorion (qui dignitare
præstabant) filias circiter octuaginta collocau-
it. Nuptiae Persarum more celebrata sunt, se-
des ex ordine ijs posita qui uxores ducturi
erant, coniuium regali magnificencia appa-
ratum: tum sponsa accersita, eaq; dexteris atq;
osculo à uiris accepta sunt, unaqueq; apud ui-
rum suum sedere iussa. Harion rerum mitium
(nam cunctorum nuptiae simul agebantur) à
rege factum. Hoc Alexandri facinus, si quod
anquam alias maxime populare in suos uisus
est. Dates omnibus conulit. aliorum etiam no-
mina, prater hosce quos modo nominauimus,
qui Asiaricas uxores cepere, scribi iussit. Hos
supra dena mulia fuisse tradunt, quos omnis ho-
noris causa Alexander pro dignitate mune-
ribus affecit. Deinde, quo nihil non populare
efficeret, as alienum quo milites deuinci erat,
sua ipsius pecunia dissoluit. Cumq; quantum
cuique quisque deberet, ad se referri iussisset, ini-
ti in quidem pauci nomina dedere, ueriti ne sub
eo praetextu exploraret, quibus nam ob immo-
deratores sumptus militare stipendium non
sufficeret. Postquam uero intellexit pleros
que nomina non dare, diffidentia eorum in-
crepita, ait: Non decere regem, cmentiri in
popu

populares suos: nec rursus populares, existimare regem suum mendacem esse. Deinde mensas cum mensariis suis, totis castris disposuit, qui creditoribus nominibus debitorum suppressis solueret. Tu creditū est, posita suspicione, Alxandrū reuera obēratos oēs are alieno liberare uelle: ex quo regis beneficium multo ijs cumulatius ampliusq; uisum est. Ea dissolutio eris alieni suprà x x. millia talentū fuisse dicietur. Ad hac multa alijs pro dignitate, alijs pro uirtute & meritis elargitus est. Eos uero qui fortitudine cateris antestetissent, aurea corona donauit. Imprimis Peucestā, qui ab hostiis circūfusum in Mallis, obiecto scuto seruasset, secūdo loco Leonnatū, qui & ipse è uite periculo cum eripuerat, & apud Indos multa discrimina adierat, & copijs qui rebellauerat uicerat. tertio loco Nearchum, qui Oceanū ingressus, Indorum oras cum classe obicerat: nam hic iam Susas (ut dictū est) peruererat. Post hunc Onescritū, nauis sua gubernatore deinde Hephaestionē, atq; alios corporis sui custodes, pro dignitate singulos. Post hac ad eum profecti sunt aliquorē satrapae, tum ex urbibus à se conditiis, tum ex nationib; subactis: ex cum his adolescentes circiter x x x. millia, pari atate omnes, Macedonicis armis instruti: quos Epigonos, id est successores appellabat. Horū aduentu Macedones nonnihil con-

x tristari

existari nisi sunt: tanquam Alexander cogi-
 taret, ne usq; adeò amplius Macedonibus ege-
 ret. Conturbatos quoq; Macedonas ferūt pro-
 pter mūratum à rege habitum, nuptiasq; more
 Persico celebratas: nec solum tateris, sed etiam
 quibusdā eorū quibus uxores dederat, quamvis
 ex paribus ac cōmunitib; nuptijs nō mediscri-
 ter sibi honestati uiderentur, hæc grauia erant.
 Peucestæ quoq; in ipso peregrino culiu, sermo
 Persicus molestius erat: quiniam Alexandrū
 sermone illius semibarbaro delectari cernebat.
 Mouebat etiam eos, quod Bactrianorū, Sog-
 dianorum, Arachotorum, Zarangorum quo-
 que & Ariorum, Parthorum ac Persicorum
 equites in amicorum eq̄iatum receptos uide-
 bant, quotquot dignitac, aut corporis pulchri-
 tudine, aut alia quaquam excellētia nisi sunt
 caecis antecellere: quodq; in quintam equi-
 tum pr̄fecturam aucto equitatu, Barbaro-
 rum plurimos recepisset. Ad hæc Cophē Ar-
 tabazi filium, & Hydarnem, atque Arribō-
 lem Mazei filios, & Phradasmentem, atque
 alios preter hosce Phrataphernis Parthorum
 ainq; Hyrcaniae satrapa filios, ac Itanē Oxyar-
 ti Roxancs uxoris fratiem: itenq; Aegoba-
 rem, ac Mithrodaum fratres in cohortem re-
 giam admissos: hisq; omnibus Hidaspem Ba-
 ctrianum pr̄positum, & Macedonica iacula
 his data animaducunt. que omni. i Mace-
 dones

donis perniciquo animo ferre, ueluti Alexander in Barbarorum mores trascuntem ipsosq; Macedonius ac Macedonicos mores iam fastidiebat. Post hanc Alexander Hephaestionem cum magna pedeatus parte mare Persicum adire imperat: ipse cum nauibus subductis, et susus terrestri itinere coniectis, usq; rursus incensis, cum argyri spidis et cohorte regia, ac parte equitum amicorum, Euro flumine eodem contendit. Cumq; haud procul ab ostiis fluminis peruenisset, infirmioribus nubibus ibidem relictis, cum his qui remis habiliores erant, Oceanum ingressus, ad ostiam Tigris evanigauit. Cetero naues ipso amni subiecte sunt in fossam, que a Tigris in Eulum perduicitur, et per eam fossam in Tigrim decuetur. Euphrates ac Tigris duingentes annos, Assyriam interiectam (unde et ab indigenis Mesopotamia vocatur) terminant. sed Tigris Euphrate depresso humilioraq;, multis ab eod: Euphrate fossas, plurcsq; praecerea fluvios in se admittit quibus auctus, mare Persicum influit: grandis iam, ac nusquam uado transmeabilis: neque enim per campos effunditur, neq; in fossas deducitur. quoniam terra altior est, neque aliud flumen illabitur. Euphrates uero per aliora excurrit, ubiq; ripis equalis, multa fissae ab eo deriuantur: alie quide perennes, ex quibus accola uirinque campos irrigant: alia tempora-

x 2 ria.

rie. Rari in his locis imbres cadunt. quapropter
 et uadofus est, et haud magnam vim aquarū
 uehit. Alexander euauigato Oceano, quantū
 sinus Persicus continet, per littus medium inter
 Euleū ac Tigrim, Tigri inuestus Hephaestio-
 nis castra petit: et abinde Opim urbē, super
 ipso Tigri sitā, profectus est, cataractis omni-
 bus ē flumine sublatis: quas iccireo indigene
 interiecerat, ne qua inimicorū clasēs in eorum
 fines penetraret, quarū multitudine difficilior
 erat nauigatio. Eas uero molitiones Alexander
 et irrisit, et facile delyuit. Opim profectus
 pronuncianit, omnes se milites qui uel etate
 uel inualetudine uel alia iusta causa militares
 labores perferre nō possent, missos facturū: do-
 mumq; remissurū, qui uellent. Qui uero nolunt a-
 riē remaneret, et ea loca incolere destinaret,
 eos se tantis affecturum muneribus, ut his quā
 domi fuerint, inuidiosi futuri sint. Et hec quidē
 atq; huiusmodi Alexander uulgò iactabat, ne
 lui Macedonibus gratificatus: que illi tan-
 quam despecti atq; inutiles à rege existimat,.
 nō iniuria perinquo animo patiebatur. Ac-
 cedebant alia agritudinis atq; indignationis
 causa: Persica uestis, ornatus Macedonicus
 Barbaris adolescentibus concessus, peregrinorū
 equitum et amicorū confusi ordines. Quapropter
 silentio tandem abrupto, omnes se se militia
 sacramento absolui petierunt. Nec defuere, quā
 nerbus

uerbis insultares exprobraret, ut ipse cum patre suo Ammone aduersus hostes bellum gerat. Quæ cum audisset Alexäder (erat enim effectus in ira pronior. Et Barbarorū lateri abstinentiū fauor eum in Macedones aliquanto fecociore reddiderat) repente cōsurgens cum his duobus qui circa se erat, seditionis autores cōprehēdi iubet manus designas quos capi ueller. tredecim hi fuere: quos omnes interfici iussit. Deinde cum exterritis cateris silentio facto rursum consedisset, hunc in modum uerba fecit. Non ob causam rem Macedones, uti uos ab isto finiente militie intempestivo desiderio deterream, apud uos nunc uerba facia (licet enim uobis per me quidem quocunq; libeat abire) sed uti cognoscatis, qualis in suos Philippus pater prius, deinde ego in uos fuerimus: quas' ne ipsi contrà nobis gratias immaturo discessu uestro referatis. Ac primū (ut par est) de Philippo patre loquar. is enim uos errantes ac uagos, omnium rerū inopes, plerosq; etiā pellibus amicos pastores, pro quibus cum Illyricis ac Tricallis Thracibusq; finitimis cōtinuè pugnabat, in tuelā ac fidē suā recepit, ex montibus asperis in plana etiā culta deduxit, pro pellibus chlamydes ornatas ferre dedit, armis instruxit, rem militarem docuit: ut non magis locorū munimentis ac sītu contra finitos, quam armis etiā ueritate nostra sunt effectis. Ad hanc in oppi-

da uos induxit, legibusq; ex insitutis optimis
ornauit: ipsosq; Barbaros, à quibus prius uche-
menter uexabamini, corum agros, scrips, popu-
lures seruire uobis coegerit, magna Thracie par-
tem Macedonie adiecit, multum quoque ore-
maritime occupauit, quo uobis apud exteras
gentes negotiandi facultas esset: perfecitq; ut
adempto finitimorum metu, metallia defodere
possetis, unde ad uos magnae opes peruenere.
Thessalos, qui uobis formidini prius erant, uos
preposuit: domitisq; Phocensibus, transiun-
ta in Graeciam Lycum, ac faciliem ex angusto ex-
difficili uobis reddidit. Si hemicenses quoq; ex
Thebaeos, qui Macedonie insidiabantur, not-
bis iam uia secum militariibus, ut pro tribu-
to ijs pendi solito, ipsi nunc i contra à uobis
sibi pacem ex quietem postulent. In Pelopon-
nesum deinde transgressus, eam prouinciam
ordinauit, duxq; torius r. lique Graecia cū am-
plissima potestate designans, belli aduersus
Persus suscipiendi, non magis suam gloriam
quam Macedonum esse noluit. Et bac quidem
à Philippo pure in uos profecta beneficia, se
per se pensentur, haud dubie magna fuit: si
uerò cum nostris conseruantur, parua profer-
etò uidebuntur, què ipse patri succedens, au-
rea quidem ex argentea uasa, in eius supelle-
stile panca reperi, in thesauris calenium uix
sexagesies reliquit. Precepsa, reia alieni, et
lenta

lentiq; circiter quingenta, super que contra-
 sto à me novo are alieno talentum octingen-
 terum è Macedoniā moui, que quidem alendo
 exercitus nix satis esse uidebantur. ac protinus
 Helleponium uobis patefeci, Persis mari po-
 tentibus, uictis: deinde equestrī pralio Darij
 ducibus ex copijs, totam Ioniam Macedonie
 regno adieci, nec Ioniam modo, sed ex Aca-
 les, ac utrosq; Phrygas, Lydos quoq; ex Mi-
 lessios obsidendo cepi, aliasq; insuper gemes
 nationesq; uobis subieci: Aegyptiorū ac Cy-
 renensium opes quibus sine ui potiti sumus, ad
 nos accessere. Colesyria quoque ex Palesti-
 na, ea qua inter flumina sita est, possessio-
 nes uestrae sunt. Babylonem, Bactra, Sut-
 ras tenetis, uestrae sunt Lydorum diuiae, Per-
 sarum thesauri, Indorum fortune, uester de-
 niique Oceanus: uos satrapē, uos copiarum
 duces, uos ordinum principes estis: ut iam ni-
 hil mihi ex tot rebus partis prater hoc diado-
 ma ex purpuram superfit. Nihil priuatum,
 aut à uobis seiuētū, seneo. nec potest quis de-
 monstrare thesauros meos: quippe qui nulli
 sunt, nec porro exquisitoribus cibis aut epulis,
 quam uestrum quisquam, utor. fortasse etiam
 uilioribus, quam plerique è uobis: plus uigi-
 larē quam uos, macrō scio, ut ipsi quietos
 somnos capere possitis. Sed hæc forte omnia,
 laborantibus ex discrimina subeuprisibus uobis.

x + ego

ego unus dux uester laborū ex periculorū immunis, adepeus sum. Ecquis uestrū est per deos immortales, qui queat uerè dicere, se plus gloria mea causa, quām me pro sua utilitate ex honore laborasse? Age igitur, qui ex nobis vulnra pugnando acceperunt, denudent cicatrices suas: quibus ego uicissim meas ostēdā, ut agnoscant, nullā mūhi partē in aduerso pectore intactā esse: nec ullū sanè genus est telis, quo ictus nō fuerit, cuius uestigium in meo corposo nō appareat. Sed ex gladio quoq; ab hoste percussus sum, lapidibus ac sudibus contusus. Atq; hac quidem, quo uos honore ex gloria augerem, pericula suscepī. Ego uos per omnes terras, montes, flumina, maria ubique victores duxi: uxoris nuptias cum nupijs uestris celebravi, mulcosq; filiorum uestrorum filijs meis cognatione ex consanguinitate denunxi. Atq; alienum, quo teneb amini (quod fuit ingens, prater militare stipendiū) ipse perfoluit: quāuis ex tot uictorijs nostris ingens ad nos preda ex res accesserit. Corona aurea, qnibus plerosque uestrū donauit, tam nostra erga nos singularis benevolentie, quām uirtutis uestra immortalia montamenta sunt. Quisquis militum in prælio cecidit, gloriosa illi mors, funus illustre fuit. Atenea etiam statua pluribus eorum domi posita, parentibus honor hic reddiens, ut publicorum munierum attributorum expertes

expertes sunt. Nemo adhuc uestrum me ducent.
 Et rem gerentes, fugere coactus uitans amissus.
 Et nunc sanè uel arate uel casu imbecilliores factos, ita domum remittere constitueram,
 ut uel ijs qui domi otiosi uitam agunt, inuidiosi fierent. At postquam idem abeundi animus
 omnibus est, abire omnes, ac domum renuntiasse: Rediisse uos, rege uestro deserto: qui Persas,
 Medos, Bactrianos, ac Sacas uicie: Vxios,
 Arachotos, et Dranchois expugnauit: Par-
 shos Coracosmos, et Hyrcanos, usque ad Cas-
 pium mare dominarunt: quia Caucasum monte trans-
 gressus, portasq; Caspias: itemq; Oxum, Ta-
 uadim, Indianum, à nemine antea preterquam ab
 uno Dionysio trajectum: Hydaspem quoque,
 et Acasinem, Hydroatem atque Hyphasim
 transgressurus fuerat, si se qui uoluissetis. quia
 denique in Oceanum per uiraque Indi ostia
 proiectus, atque inde in terram egressus, per
 Gedrosiorum fines, atque imperiuas solitudi-
 nes, Carmanos atque Oritas cepit, cmensoq;
 Oceano ab Indorum finibus ad Persicum ma-
 re, nauali classe nos incolumes ac uictores su-
 fa reduxit. Hac, inquam, dominum renuntiate,
 meq; à nobis deuictarum gentium fidei reli-
 etum esse. Quia ubi elocutus est, protinus surre-
 xit: regiamq; ingressus, neque corpus curauit,
 neque amicorum quenquam eo die ad se ad-
 misse. Idem postridie fecit. Tertio die vocatis

xviii ad

ad se Persarum primoribus uiris, ducatus or-
dinum inter eos diuisit: ex quos consanguineos
appellauit, ijs solis sibi osculum ferre li-
cere sanxit. At Macedoncs regis oratione
commoti, aeronitis similes, apud tribunal nulla
uoce edita constitutere: nemine regem intro sequi
auso, preter regiorum amicorum ordinem, ex
corporis custodiu. Ipsa uero multitudo neque
permanendo quid ageret sciebat, neq; discede-
bat. Postquam uero cognitum est quid intua
actu essent, ducatus Persis datos, Barbaros in
varios ordines distributos, Macedonica nomi-
na ijs imposta, non iam amplius conceptu ani-
mis doloreni perferre potuerunt. Sed concursu
in regiam factio, arma ante ianuam, pœniten-
tiae signum proiecerunt: ac præ foribus stantes,
intramitti se, sibiq; ignosci suppliciter orabat,
seditionis autores deduunt: nec à ianua, nisi
uenia impetrata, discessuri. Que postquam re-
gi nuntiata sunt, parfacta ianua ad eam egredi-
sus, cum, animaduertisse illorum eiulatum ac
tristitia, ipse quoq; collachrymatus est. Cumq;
aliquantum uelut aliquid dicturus constitui-
set, illi eam die immobiles ac supplices man-
sere. Tum Gallines, silentio rege, etate simul
ex dignitate in equitatu amicorum non ob-
scurus, pro omnibus ita locutus est. Hac sunt
(i.e. rex) que Macedonu animos conturbant
quod Persarum quodam sibi cognatus effectum
est. quod

quod consanguineos appellas, quod eosdem si-
bi osculum ferre permittis: quam rem usq; ad-
huc Macedonum nemini concessisti, qui te per
infinitos labores, per immensa pericula, tandem
procul à patria securi sumus. Nos uero te quo-
quò uelis sequi decreuimus, nec recusamus quo-
minus eosdem labores ac pericula de integro
subeamus. Nam quod huic peregrinationi fi-
nem imponi cupiebamus, non sane odio tui, non
militiae satietate fibbat: sed (quod tibi minin-
us è munitione uideri debet) patriæ, parentum, com-
iugū, liberoruq; diuturno desiderio. Itaque si-
ue regredi, siue progredi uelis, imperium tuum
non detrectabimus. Quibus uerbis placatus
Alexander, uel Macedones consanguinei suæ
appellarentur, utq; osculum ferrent conces-
sit. Primusq; omnium Callines cum oscula-
tus est: idem ceteri Macedones fecerunt. Quo
facto, rursus assumptis armis, que ante re-
gias fores proiecerant, leti in castra reuersi
sunt. Deinde Alexander quo dñs gratias age-
ret, sacrificio facto, conuiuum populare in-
stituit in quo primi circa ipsum honoris gratias
Macedones accubuerunt. deinceps Persa: post
eos ex alijs gentibus denictis, quicunque aut
dignitate aut uirtute præstabantur. Tum craterem,
quo rex biberat, ad eos qui circa ipsum discu-
buerat circumlatro, uota suscepta sunt, incipiens
ebus Grecis uulnus, ex magis, cum alia regis

exercit

exercituq; prospera, et non maxime aeternā Ma-
 cedonum ac Persarum concordiam, &c. com-
 munis imperij societatem precantibus. Nouem
 millia virorum huic coniunctio affuisse fama est:
 eosq; omnes ex eodem cratere libassc. Post hac
 uolens libensq; quod prius intinuerat, Mac-
 edonas mussos fecit: quos uel atas, uel morbus, uel
 vulnera inuiles bello reddidissent. Hi ad cerde-
 na millia fuisse perhibentur: quibus non pra-
 erita modo stipendia cum fide persoluit, sed
 etiam pecuniam in uiaticum prabuit, talones
 singulis dato. Filios ex foeminiis Asiaticis sus-
 ceptos, cum matribus apud se relinqui iubuit, ne
 causa seditionis in Macedonia essent: quos
 Macedonibus moribus institutos, ac rei milita-
 ris doctos ipse postea in Macedoniam rediēs,
 parentibus esset redditurus. Ad hac Crate-
 riū, quo fidelissimo & amantissimo uebatur,
 ijs ducem exhibuit: omnibusq; salutatis, pra-
 charitate lachrymantes, lachrymans & ipse à
 se dimisum mandatis Cratero additis, uti eos in
 Macedonia reduceret, ipse Macedonia,
 Thessalia, ac Thracia praesett, Gracorumq; li-
 bertatem tueretur. Antipatrem, qui & ipse
 proficisciebatur, alios Macedonas qui militare
 possent, pro ijs qui domum remittebantur, ad se
 ducere imperat. Polyperconta quoq; cum his
 mittit, ut si quid aduersi Cratero in itinere co-
 ningeret, quia hand facis firma ualitudine erat.
 ipse

ipse Crateri munus (ne dux itineris desit) sub-
eat. Fama quadam licet obscura, in uulgo
exiit, ab his qui regum negotia, quo magis oc-
cultantur, hoc magis efferre cōcupiscunt: queq;
uerissimilia uidentur, semper in peiorē par-
tem uertunt: *Alexandrum compulsionem mater-*
nis de Antipatro calumnijs, Antipatrum
Macedonia amouere cogitasse. Sed fortasse
hac Antipatri euocatio nihil ad ignominiam
eius pertinebat: sed potius, ne ex illorum conuen-
tione aliquid male oriretur, quod ipse postea sa-
nare non posset. Namq; frequentes lueras ad
Alexandrum dabant. Antipater Olym-
piadem ut importunam, ut mobilem accusans,
quodq; circa plurima occuparetur, qua haud
quaquam decere uiderentur *Alexandri ma-*
tern. Quibus de rebus commotum *Alexan-*
*drium aliquando dixisse perhibent, grauem pen-
sionem pro mēsibus decem, quibus in utero eius
fuisse, matrē à se exigere. Olympias uero *An-*
tipatrum, ut insolētiorem, cum ex diuturno im-
perio, eum ex fauore popularium factum argue-
bat. Nec iam amplius recordari, à quo tantam
potestatem accepisset: sed semet tanti se faceret,
ut sibi dignus ipse uideatur, qui Macedonibus
ceterisq; imperans regnet. Atque hoc magis
apud *Alexandrum ualuisse uidebantur, que-*
cunq; in suspicionem insidiarum ex affectatis
regni de Antipatro ferebantur. Nihil tamen*

ad

ub *Alexandro uel dictum uel factum, ex quo quis suspicari posset, ipsum ab Antiparro alienatum esse.*

*Desiderantur hic uersus aliquotæ,
etiam in Graeco.*

*Hoc sermone deterritū Hephaestionem, cion
Eumene, licet iniurum uolente, reconciliatū esse.
In hoc ipso itinere fertur Alexander campion
nādissē, in quo iustitia regia pasci solita (Nis-
taum uocatum, equosq; Niseus appellatos)
Herodotus auctor est: nāfēq; olim in his campis
equarum circiter C L. milia, tunc uero non re-
perita plus L. milibus, quarum Alexander
hānd multo plures quam quinque aportauit.
nāq; à latronibus detrecte distracta & q; furant.
Huc Arropates Medorum satrapes foeminas
c. ad Alexandriam adduxit, quas ex Amaz-
onum genere esse diebat: eis cultu & habitu
uirili ornatas, praterquam quod secares pro lā-
ceis, pro elyptis peltas ferabant. Nonnulli erant
serunt, dexteram mammari us minorem fuisse;
quam, dum in præl. uetsabantur, excrebant.
Puis omnes Alexander ne quid probi in castris
paterentur, domum remisisti: uissis regine renun-
ciare, se ad eam generandæ prolis causa pro-
seclutum. Verum haec neq; Aristobulus, neq;
Ptolemeus, neq; aliis quispiam grauis auctor
eradicavit. Sed neq; existimancrum, Amazonum
genem*

gentem et tempestate superfusse: de quibus neq;
etiam is qui fuit ante Alexandri tempora Xe-
nophon, rerum scriptor ex dux inclitus, men-
tionem fecit: cum quidem ex Colchioru ex Pha-
siorian, ceterarumq; gentium Barbararum me-
miserit, quascunq; Graci à Trapezunte oppi-
do profecti, uel etiam prius quam ad Trape-
zuntam uenirent, percurserunt. quibus in locis
haud dubie his Amazones occurrassent, si qua
adhuc temporibus illis eariam faboles extiesseret.
Mihil autem non uidetur incredibile, fuisse alia
quando Amazonū genus: cum sit à tunc multa
et claris auctoribus celebratum. quod doqui-
dem ex Herculem fama est aduersus exomis-
sum, Hippolytus regine à se uicta battevit in
Graciā reportasse: ex Athentauis The-
sico duce has easdem, cum Europam inuade-
rent, primo prælio superatas repulisse: quam pug-
nam à Simonie non minore cura, quam Achae-
niam ac Persaram, scriptam constat. Prae-
terea ex Herodotus, exquitung; historiarum
scriptores Atheniensium res gestas literariorum
monumentis mandauerunt, bellum imprimis
contra Amazonas celebrauerere. Si quid uero
feminis equestri bello adortis, Astropates
ad Alexandrum duxit non Amazonas il-
lis, sed alierius cuiuspiam stirpis Barbararum
gentium equandi peritas, ex in Amazonum
morem armis instructas fuisse crediderim. Cum
autem

autem adhuc esset in Ecbatanis Alexander, sacrificio peracto, quo dys gratias ageret: lus disq; gymnicis ac musicis editis, amicis lausif-
sum epulum prebuit. Inter haec Hephaestion
in morbum incidit, eratq; is dies ab initio mor-
bi sepius: quo die ludi, quibus pueri decerte-
bant, agebantur. Cumq; ei renunciaturum esset,
morbum innalescere: relictis repente ludis, ad
Hephaestionem contendit. Ceterum tanta vis
morbi fuit, ut ille prius expiraverit, quam rex
eò pervenire posuerit. Hic alij alia de Ale-
xandro scripscrunt. omnes tamen in hoc unam
consentiunt, incredibili dolore affectum. Qua-
lem autem fese in dolore praestiterit, rradiderunt,
prout quasq; Hephaestioni, uel etiam ipse Ale-
xandro affectus erat. Eorum uero qui indecen-
tiora scripsere, alij nisi sine existimasse ad re-
gis laudem accedere, que cunq; doloris impa-
tientia aut dixerit, aut fecerit, in amicissimi ho-
minis funere. Alij hac eadem ei uicio uertunt,
ueluti rem maiestatis regie fastigio indecorā,
et Alexandri nomine indignam. Vicinque
res fuerit, scribunt et hi quidem, Alexandri
ad mulcam diem super amici corpus examine
ciuitatem procubuisse, uixq; inde ab amicis ab-
stractionem. Sunt item qui scribant, non cum mo-
do diem, sed et noctem consequentem, dolore
luctuq; concinnasse. Nec desunt qui tradant,
iussisse regem Glanciam medicum, quod in dan-
da

da potionē indiligentior fuisse nūsūs esset, uel (ut alij tradunt) cum uideret Hephaestionem uino impleri, non inhibuisset, necari. Sed quōd ipse sibi capillum disciderit, super amici corpore prostratus, & alia quedam huiscemodi secesserit, non utiq; inter indecora & indigna posuerim: prasertim cum Achillem hoc idem fecisse in amici morte acceperimus, quē ille usq; adeò à pueritia emulari uidebatur. Ferunt etiā aliquis (quōd ego minimè crediderim) currunt, quo corpus Hephaestionis uehebatur, Alexadrum cōscendisse, ac rexisse. Quidam etiam scripsere, pavimentum templi Aesculapij, quod erat in Ecbatanis, ab ipso Alexandre defodi iussum, quōd medicæ artes nihil Hephaestioni profuissent. Sed hoc haud quaquam credendū est enim Barbaricum, atq; impium, neq; Alexadro, sed magis Xerxe diuinitatis contemptore dignum, à quo etiam Hellespontum compedibus uinculum ferunt. Verumenim uero hoc mihi non procul à uerisimili uidetur esse, quod est à quibusdam traditum: Eunti uersus Babylonem Alexandre multas Gracorum legationes in itinere obuiam uenisse, in quīs Epidaurorum legati erant. quibus cum postulata concessisset, munus dedit, quod Epidauri in Aesculapij templo suffigerent, his uerbis additis: Quamvis Aesculapius sc̄e aduersus me parum equum prabuerit, qui amicum (quem alterum

me existimabam) interire passus sit. Id autem à pluribus pro uero memoria proditum, Alexandrum Hephaestioni tanquam heroi sacrificari iussisse. Alij addunt, mississe illion nuncios ad Simonem patrem, percontatum, an ipse Hephaestioni tanquam deo sacrificari permetteret. idq; Touem negasse. Illud uero inter omnes autores constat, Alexandrum totum triduum post Hephaestionis obitum cibo &c. etera curatione corporis abstinuisse, semper interiens aut lamentancem, aut eiulantem: mandasseq; illi funus parari Babylone, decies centies talentum impendio, uel eo pluris, ut quida scripsere, luctumq; publicū Barbaris edixisse. Ad hec plures ex amicis ad leuandum dolorem, & se & arma denouisse Hephaestioni: ac primum omnium Eumenem (quem paulo ante diximus iniurias cum Hephaestione gesisse) ne quid suspicaretur Alexander sc ex illius morte letitiam coepisse. Prater hoc Alexander ne Hephaestionis nomen interiret, neminem quenquam in illius locum suffecit: ordinemq;, cui praeficerat, Hephaestionis tribunatum Chilarchian, hoc est millenarium appellari uoluit: eiq; signum preferri in agmine & in praetlio, quem alnodum ipse Hephaestion constituerat. Certamen quoq; gymnicum ac musicum, ac multo quidem illustrius magnificenteriusq; priorum, rursus pugilum multitudine, tum donatiu magnis

magnitudine edere decreuerat. Tria namq; pa-
gnatorum nullia in id preparauerat, qui(ue
ferunt) non multò post in ipsius funere certa-
uerunt. Et iam aliquantum temporis à luctu
eius processerat; sc̄q; ipse à macrōre r̄nuocare
cœperat, cum amici consolando posita luctus
ad belli curas retraxerūt. Itaq; in Coss̄os gen-
tem bello ualidam, p̄x̄ūs finitimam, primus
duxit. Sunt himōrani populi, locos natura mu-
nitos insolunt, ac seorsum depascunt. Vbi se po-
tentiore aliquo exercitu periuident, in mon-
tium cacumina aut gregarim, aut singillatim,
prout cniq; promptum est, se se recipiunt. Que-
cum propter difficultatem subiri ab hostibus no-
possint, illis recedentiibus, ipsi in pagos suos re-
uertentes, ad laurocintia ex quo uitam agunt
conuertuntur. Et quanquam anni tempus (per
hyemem enim ista gerebantur) ac loco-
rum iniq;itas aduersaretur, ipse nihilomi-
nus una cum Ptolemaeo eam gentem colli-
bus depulit, externinauiq; adeò, ut nihil
eius uirtutis inaccessum aut iniuctum esset.
Petenti Babylonem, Aphricæ legati occur-
rerunt: eiq; gratulantes ob tantas res pro-
sperè gestas, coronam de Afri regno impo-
suerunt. Ex Italia quoque Brutiq; Lucani, ac
Tusci legatos de congratulatione uictoria ad
eum misere: Idem & Carthaginenses fecisse
dicuntur. ab Aethiopibus quoq; uenisse lega-

tos, ex item à Scythis Europam incolentibus, item à Celis ex Hispanis, amicuiam petentes, congratulantesq; quorū nomina ex cul-
eis tum primum cognouere Macedones. Ex his etiam quosdam uenisse ferunt, ut de conter-
uerjūs suis iudicaret. Ac tum maximè ob eas
res Alexandrum ex sibi iphi, ex ijs qui cum
eo erant, rerum dominum uisum esse. Aristus
aero ex Asclepiades (qui ex ipse rerum Ale-
xandri scriptor est) tradunt Romanos quoque
legatos misisse, edoctumq; de eorum institutis
ac moribus, deq; omni repub. futuros illos pre-
potentes, ueluti uaticinante dixisse. Verum
hoc neq; pro certo affirmauerim, neq; ut pror-
sus incredibile reiecerim: licet nullus Romana-
rianus rerum scriptor de huiuscemodi legatione
mentionem fecerit, neq; ij quos magis sequor.
Ptolemaeus ex Aristobulus. Ceterum haud
consentaneum rationi uidetur, Romanos gen-
tem tum maximè libertati studentem, ad regem
alienigenam tam procul, per tanta maris ac
terrarū spatia, legatos misisse: praesertim quos
neq; metus, neq; spes ulla, aut utilitatis ratio
moneret, quiq; tyrannos ac reges ueluti aliena
liberatris oppressores perosi essent. Post hac
Alexander Heraclidem Argei cum fabris
naualibus in Hyrcaniam mittit, qui excisa in
moneibus materia, alias partim apertas, par-
sim tectas instar Gracarum fabricentur. Mi-
ro

ro enim desiderio ardebat agnoscendi, cui nam
mari Caspium & Hyrcanum iungatur: uerius
Euxino ponto, an Oceano (qui ab Oriente cir-
cumfertur uersus Indos, in sinum Hyrcanum)
refundatur: quemadmodum Persicum ac ru-
brum mare, Oceanis sinus esse competerat. non-
dum enim cognita erant maris Caspij initia,
quamuis multe gentes circa ipsum incolerent,
multisq; annibus celebre esset. Namq; Oxus
ex Bactris Asiacorum fluminum excepto
Indo amplissimus, in ipsum mare excurrit, &
Araxes quoq; que per Scyhas: Oxyartes ex
Armenis elabitur: in hoc ipsum mare extre-
muleis fertur. Multi præterea alijs annes, par-
sim qui in superiores exirent, parim qui seor-
sum fluunt, in ipsum mare feruntur. Sed ij qui-
dem cogniti sunt: ceteri autem annes ab ulte-
riori sinu parte, quam Scytha montani acco-
lunt, prorsus ignoti nostris sunt. Tygri flumine
traieclo, cum exercitu Babylonem proficien-
ti, Alexandro processere obuiam Chaldaï na-
tus, ne Babylonem peteret orantes: sed Beli, qui
pro deo apud eos colebatur, oraculo moni-
tos, profectionem eius per id tempus in eam ur-
bem uitæ eius periculum portendere. quorum
monitis irridens, Euripidis uersum protulit. Is
in Latinum conuersus, hanc habet sententiam:
Optimus is uates, qui coniectat bene. Tum illi:
Postquam d rex statuisti introire ad occiden-

tem, ne respexeris cum exercitu adueniens, sed circuactoro agmine ad orientem conuertere. Cum id facere statuisset, iunioris iniquitas (quod ex aquosum et palustre erat) ut consilium immutaret compulit: ita iubente sine fortuna, sine fato, ut ea uaderet uia, que sibi uita finem allatura esset. Sed ei fortasse saiuus fuit, quo tempore in supremo gloria felicitatisq; fastigio collatus, et adhuc suis charis erat, ex hac uita discedere, ne possimodum tantas uictorias calamitas aliqua foedaret. Qua de re solentem dixisse perhibent, Croesum moneniem, uita finem spectandum, nec prius beatum quenquam definiendum esse. Nam uel ipse quidem Hephastionis interitus non parui infortunij loco Alexandro uidetur accidisse: quem mea sententia prauenire ipse, quam uiuens experi-ri maluisset: non secus atque Achilles Patroclu prae mori, quam necis eius ultior relinqui optauit. Erau autem iniecta suspicio quadam Alexandro de Chaldeis, quod non tam ipsius causa atque ex oraculo, quam priuata aliqua utilitate aduenium suum in urbem impedire conarentur. Nam Beli templum, quod Babylonij religiosissime colebant, media in urbe erat, ex latere coili, magnitudine atque opere praeclarum. Quod templum Xerxes e Gracia renersus, quem admodum ex catena Babyloniorum loca sa-

cras.

era, querterat. Id instaurare Alexander in animo habebat, et (ne quidā scripsierunt) ampliatis fundame niis augere: cuius rei causa locum iam piorgari, ruderāq; exportari iusseras. Cumq; iū quibus hoc negotij demādauerat, negligenteres fuisse, cogitabat ipse cū uniuerso exercitu opus aggredi. Magnus agri atq; auri modus à superioribus Assyriorū regibus Belo relictus fuerat, ex quibus tēpli ornamenti cōparabantur, fiebatq; Belo sacrificia. Post eucrsum uero semplum, Chaldaeī annuos fructus, cum in nullos iam templi usus conserrentur, inter se dēvidebant. Quamobrem in suspicionem inciderat, ne ijs grauis esset sua in urbem profectio, neu instaurato templo tantis commodis priuarentur. Voluisse tamen Alexandrum Aristobulus tradit, demonstrat am à Chaldais partem declinare, sed propter paludes interiectus consilium sequi non potuisse. itaque siue uolentem, siue iniuitum, Beli oraculo non paruisse. Aliud quiddam huinsmodi scripsit Aristobulus: Apollodorum Amphipolitē amicorum Alexandri ducem in eo exercitu, quem apud Mazaeon Babylonis satrapen reliquerat, cum uideret Alexandrum ex Indis reversum in satrapas severius animaduertentem, quos diversis regionibus posuerat, Pythagora fratri suo scripsisse. (erat enim exterrimus inspectio), de'que salute sua per lucras

consuluisse. Interrogatum ab eo, cuius potissimum metu id exquireret: rescripsisse, quod regem atque Hephaestionem timeret. tum Pythagoram sacrificio facto super Hephaestione, extra inspexisse, cumq; in hepate immolata hostia caput non apparuisset, rescripsisse Apollo doro fratri, literasq; ob signatas certo nuncio ad eum dedisse ex Babylone in Ecbatana, quibus docebat, nihil à se de Hephaestione metuendum, quoniam intra breve tempus è medio successurus esset. Quam epistolam, ait Aristobulus, Apollodorum accepisse pridie quam Hephaestio extret è uita. Post uero sacrificio super Alexandro facto, inspectoq; iecinore, nihilo magis caput hostiae apparuisse: idemq; fratri de Alexandro quod de Hephaestione prius scripserat, per epistolam significasse. Apollodorum uero hac Alexandro nunciasse, magis ut eximium quendam amorem erga regem praes ferret, quam ut eum periculi admoneret. Quo uehementer lundato, postquam rex Babylonem ingressus est, percomitus est Pythagoram, quibus de signis talia fratri de se scripsisset. Cui ille, quod hostia iecinora sine capite inuenire essent. Eo rursus interrogante, quid nam ea res significaret? magnum malum, respondisse. Tantum uero absuit ne Pythagoras ob eam rem Alexander succensuerit, ut eum magis dilexerit, quoniam simpliciter quod sentires
pradi

pradixisset. Hac Aristobulus tradit se se ex Pythagora audisse, ac postea Perdicca atque Amigone eadem pradixisse, cum iridem extra non respondissent: Perdicca, quo tempore aduersus Ptolemaion exercitum duxit: Antigono autem, in pralio quod cum Seleuco ac Zysimacho commisit. Si qui de Calano sophista Indo ita scriptum est, duam moriturus ad pyram incederet, ceteris quidam amicis prater Alexandrum uale dixisse. illum enim se Babylone reperturum, ibiq; uale iussuru. Que uerba cion qui aderant, tunc neglectui habuissent, mortuo apud Babylonem Alexandro memoria reperita de Alexandri morte dicta esse compereunt. Eunti Babyloneim Alexandro legationes Gracorum obuiam uenere. quibus autem de rebus singula legationes eum adierint, incertum. At quantum ego existimo, pleraque eam congratulatum profecta sunt, proprie toe ac tam ingentes uictorias, & incoliam cum exercitu ex Indis redditum, quos benigne susceplos domum remisit. Quascunque uero aut clavorum hominum statuas, aut deorium simulaera, siue quid aliud eiusmodi quo exornari celebrariq; memoriam uirorum sollet, quod Xerxes Babylonem uel Susas, ac in Pasargadas, aut quamvis aliam Asia partem ex Gracia deportauerat, eorum omnium reportandorum portatarem legatis fecis. Et imprimis aenea Har-

modij

mody ergo Aristogitonis statua Achaens valata prohibentur, itemq; Diana Cerce et sunulacrum. Peruenit autem ex classis Babylonem, ut est ab Aristobulo traditum, pars quidem Euphrate flumine è Persico sinu subiecta, cui Nearchus praeerat: pars à Phoenicia terrestris iuncte nubibus ipsis, quò uchi possente in plures partis delecta. haec fuerunt quinqueremes duæ, quadriremes tres, triremes duodecim, aliasq; naues circiter triginta: que ita delecta, ad Euphratem in Thapsacum urbem è Phoenice deportata, ibi q; denuo compacta, secundo flumine Babylonem profecta sunt. Alias praeterea naues cæsis cupressis, que materia in Asia passim abundat, parati iusserrati, remiges ex Porphyrais ac Phoenicibus caeterisq; maritima ore accolis magno numero accessierat, portumq; apud Babylonem, qui esset mille nauum longarum capax, naualiaq; in eodem portu adificari curauerat. Misumq; Micalum Clazomenium cum quingentis talentis in Phoeniciam ex Syriam, qui uel mercede conducebas, uel coemeret, quo scunquac ad rem naualem idoneos reperiret. iam enim animo meditabatur, in oram sinus Persici atque insulas propinquas colonias deducere. Ea namque regio sibi haud minus opulenta, quam Phoenicia esset futura, videbatur. Tantæ classis apparatione farciebat, melius contra Arches geniem numero sum

Fatu profecturus: occasionem hanc belli noctis,
quod soli ex omnibus Barbaris earum partium
neq; legatos ullos ad se misissent, amicitiam pe-
tentes, neq; ulla munere dignari essent. Veram-
enim uero ueluti ego existimo, magis eum cupi-
dias dominandi mouit, qua in summis quibus-
que uiris inexplicabilis & irrequicia est. Fama
autem tenuit, instituta profectionis causam
fuisse, quod acceperat Arabas duos tantum
deos colere, Cœlum scilicet ac Dionysium: Cœ-
lum, quod astrorum continet, tum cetera, tum so-
lem, cunctis rebus humanis manifesto utilem
atque salutarem: Dionysium uero, quoniam
exercitionem aduersus Indos duxisset. quapropter
neque indignum neque iniustum existimat-
bar, se apud illos tertium haberi deum, cum se
non inferiora Dionysio fecisse sciret. Dionysij
quoque exemplo ipsis Arabas postquam ui-
cisset, libertatem concessurus fuerat. Inuitabat
eum præterea regionis opulencia, atque felici-
tas. audiens casiana apud illos gigni palu-
stribus locis, ex arboribus myrrham ac thura
legi, cinnamum ex arbustulis rescindi, præca-
sine ullo humano cultu suapte natura nardum
gignere. Magnitudo autem ore Arabice haud
minor quam India esse ferebatur: multaque in-
sula in conspectu sua. Esse præterea aiebant
in ijsdem locis frequentes portus ac stationes
recepere, classis idoneas, ac loca condendis
urbibus

urbibus situ peropportuna: duas item insulas
contra Euphratis ostia, quarum propiorem
ab ipsius amnis marisq; confinio ad centrum
et uiginis stadia distantem. Et hanc quidem
minorem sylvis densam, plurimumq; incultam:
in ea templum Diana, circa quod indigena ha-
bitarent, cervos et capreas passim errare lu-
cis templo circuere, quos occidi preterquam
sacrificij causa nefas sit. Hanc insulam scribit
Aristobulus iussisse Alexandrum Icarum
appellari, à nomine Icaro insula in Aegeo
mari sita in qua fama est, Icarum Dadali si-
lium liquata alarum cera cecidisse: quo casu
et insula et mari appellationem dedit. Al-
tera uero insula à fluminis ostio remota fere-
batur, unius diei ac noctis nauigatione, quam
Tylam vocant, Icaro maiorem, magnaq; ex
parte cultam atque frugiferam. Haec per Ar-
chiam Alexandro renunciata sunt: qui ad
explorandam nauigationem missus, ad eam
insulam nauigauit, non ausus ulteriora pene-
re. Androsthenes quoque alia nasi missus,
multum ora Arabica praterlegit. Longissime
autem omnium nauigando processit Hieron il-
le Solensis gubernator: cui Alexander man-
dauerat, uti Arabicum Cheronesum (ea est
peninsula) nauigando lustraret, donec ad A-
rabicum finium, qui ad Aegyptum spectat,
ubi Heroum urbs sita est, perueniret. Renatus
magno

magnitudinem illius circumflexus, qui non minor ora Indorian esset, Alexandro nunciasse promontorium esse longè in Oceanum perre-
ctum, quod ex ijs qui cum Nearcho ex India nauigabant, prinsquam in sinum Persicum fle-
tarent, ante se uiderant: parumq; abfuisse, quin eodem traiecerint. nam ita faciundam One-
crito gubernatori uidebatur. Ceterum Nearchus id à se ueritum scribit, ut nauigato per cir-
cuitum sinu Persico, posset Alexander ea re-
nunciare pro ueris, quorum explorandorum
gratia missus esset. Non enim ut mare, sed ut
oras mari adiacentes agnosceret, ex ipius ora
incolas, eorianq; mores, stationes, portus, aquas,
terrassq; frugiferas ex iucem inculcas atq; aspe-
ras edisceret, se missum esse: ex eam rem salutis
exercitus fuisse, qui seruari non posuisset, si ad
Arabia deserta nauigasset, propter qua Hiero-
ron retrocessisse dicitur. Interim uero dum tri-
remes adificantur, portusq; apud Babylonem
soditur, Alexander per Euphratem ad am-
num Pollacopam deuenctus est. Abegit autem is
amnis à Babylone D C C C. fermè stadia: ex
Euphrate oritur, non ex fonte. namq; Euphra-
tes ex Armenia montibus oriens, hyberno tem-
pore imbribus in nubes concretis tenuior, intra
alueion sc̄e cohiberet: uere autem, sed magis cum
sol aestate retrogradus fieri coepit, solutis nimibus
ingens exit, ripasq; supergressus Assyriorum
camp

campos inundat: totamq; regionem circumie-
tum obtrueret, nisi se se Pollacopam in flumen,
deinde in paludes ac stagna exoneraret: que
usque in Arabiam fines continuata, deinde
magno spatio per uada, postremò per matros
subterraneos meatus in mare funduntur. Reso-
luit uero niuibus præseruim circa Vergiliarum
occasum, Euphrates minor clabitur, & nihil
minus magna pars eius per Pollacopam in ta-
cues deriuatur. nisi autem Pollacopas septus
intra alueum coerceretur, usque adeò exhan-
rietur omnis aqua, ut Assyriorum campos
irrigare non posset. Quapropter eius exitum
in Pollacopam obstruere, Babyloniorum sa-
trapæ caræ est: idq; ingenti opere perficitur, li-
cer hand difficulter obstruatur: quoniam terra
ipsa limosa, ac plurimum lutoſa est: que ubi
in se fluminis aquam admisit, non facile reflo-
etitur. idq; operis denis hominum millibus tri-
mestre erat. Qua Alexandro enarrata, inci-
tuuerunt cum, ut aliquid in uilitatem Assy-
riem medicaretur. Itaq; qua in Pollacopam de-
riuabat Euphrates, eius exitum firmius ob-
struere instituerat. Cumq; ad x x x. stadiis ul-
terius progressus esset, solam reperit lapidibus
interiectis solidius, quod discissum, & ad anti-
quam fossam (per quam Pollacopas labebat-
tur) congestum, non sineret facile aquam dif-
fundè, prope terrena ipsius firmat. item: arque
ita

ña statis anni temporibus aquarum conser-
 fio facilis futura uidebatur. Huius rei maxime
 graia: Alexander ulterius per Pollacopam
 nauibus uectus , nauigando in lacus peruenit,
 Arabie propinquos: ubi placita siue oppor-
 tunitate, urbe adificauit, atq; eò coloniam de-
 duxit ex Gracis mercenarijs quicunque aut fe-
 nectute aut agitudine aut casu aliquo inua-
 diores facti, ea loca incolere quam castra sequi
 maluerunt. Deinde spretis Chaldeorum moni-
 tis, quoniam nihil sibi sinistri contigerat (nam
 à Babylone diuerterat , ut denunciatum ma-
 lum euitaret) quasi omne periculum tempus
 ademisset, fiducia plenus retro per paludes na-
 uigabat, Babylonem à sinistra habens. Cumq;
 pars nauium ignaris gubernatoribus propter
 paludium multiplices flexus incerta erraret,
 misso duce qui ni am demonstraret, totam claf-
 sem continuo reduxit. Ferunt circueas paludes
 ac lacus esse complura regum Assyriorum
 sepultra: cumq; nauigando pergeret (ipse enim
 ut fertur triremem qua uehebatur , forte cum
 regebat) obortus malidiorem uentum or-
 natum capit is ac diadema ei abstulisse : dia-
 dema uento raption harundini , que forte
 monumento cuidam veterum illorum regione
 innata erat , h. esisse : capit is ornamen-
 tum haud procul ab eo (erat enim ponde-
 rosius) in aquam concidisse , id'que futurè
 casua

casus triste prodigium habitu. Ad hec alind
tristius accessit. nam cum nauta quidam stren-
uus se se in paludem conieisset, receptione dia-
dema, ne manu gestans aqua perfunderet, ca-
piti suo impositum, ad Alexandrum reporta-
uit. Plerique eorum qui res Alexandri scri-
perunt, talento ob eam rem donatum scribunt:
deinde accepto premio, capite puniri iussim:
Chaldeis ueribus haud negligendum monen-
tibus, quod tam temere diadema regiu induis-
set. Aristobulus autem (cui magis crediderim)
refert, illum talentum, deinde plagas accepisse.
quod iniuriam diademati fecisset, eumq; Phœ-
nicem fuisse. Sunt et qui afferant, Seleucum
hunc fuisse: idq; factum significasse et Alex-
andro interitum, et ipsi Seleuco magnum
mox eventurum imperium. Illum enim inter
eos qui Alexandro successerunt, ingentem
tum imperio, tum animo, tum opibus regem
fuisse, caterosq; superasse. Reuersus Babylonem
Alexander Peucestam cum Persis circiter
x. millibus è Perside regressum reperit: ma-
gnam quoque Tapuroran et Cossaorian ma-
num adduxerat. Venerat item Philoxenus ex
Caria, cum eius gentis quam plurimis. Me-
nander quoque ex Lydia, Lydos complures
aduixerat. Accesserat et Menidas, cum co-
pijs sibi attributis. Inter haec aduenerunt Gra-
cia legati, iijq; ipsi coronati, et congratulantes
aureis

dureis coronis Alexandrū coronauere. Ab eo tamen haud procul certè mors aberat. Tum Persis collaudatis, quòd Peuceſta pa-ruiffent, ex iuē Peuceſta, quòd eos mo-deratè sapienterq; gubernassei, ipſos in Ma-cedonicos ordines rededit omnes, ita tamen, ut decurio Macedo eſſet, itemq; ſemidecurio, ita à mercede quam capiebat appellatus: que quidē minor erat quam decurionis, maior au-tem quam ceterorum qui ſine honore milita-bant. Secundum hos xii. Persæ, ultimus uero decurio Macedo eſſet, ex huic x. ſtateret ſlipen-dium eſſet. Quapropter coniugebat in ſingulis quibusq; decurijs Macedones quatuor ineſſe, et quibus tres plus mercedis capiebant. quartus decuria princeps erat. Persæ uero xii. erant. Macedones patrijs armis inſtructi ibant, Perſæ uero alijs ſagittis, alijs quidē amictatis iacu-lis utebantur. Interim Alexāder crebro clas-fem ad remum exercebat: triremes cum qua-drirēmibus celeritate certabant, coronabā-turq; uictores tam remiges quam ipſi nauium gubernatores. Per eosdem dies uenerunt ex ab Ammone, quos ſciscitatum miseraſ, quos ho-nores ſibi eſſet, a Hephaeftioni mortuo tribue-re: hiq; renuniauerunt, tanquam heroi ſaci-ficari fuiſ eſſe, ita Ammoni placere. Quo ora-culo letatus, poſthac illum tanquam heroë colli iuſſit, eiq; congrua ſacrificia inſtituit,

ꝝ Post

Post hac Cleomeni, improbo viro, qui multos
cōtumelias Aegyptios affecerat, epistolā scri-
psu. Quam quidē quo ad memoria benevolen-
tie, qua defunctum Hephaestionē prosequeba-
tur, haud reprehenderim: sed multarū aliarū
causa reprehēsione non carere existimauerim.
Inebat per epistolā, q̄ in urbe Alexandria,
q̄ in Pharo insula: in qua curris erat tunc ma-
gnitudine sum opere excellens, tēpla Hephae-
stioni adificari, q̄ ipsam Pharum ab eiusdem
Hephaestionis nomine appellari. ad hac tabel-
liones tabulis, quas inter cōtrahentes cōficeret,
Hephaestion's nomen inscribere. Que quidem
haec tenus reprehendo, quod in rebus haud ma-
gnis plus nimio occupatus videbatur. Illud au-
cem ualde reprehendendum duxerim. Si enim
(inquit, ad eundem Cleomenem scribens) in
Aegyptium ueniens ego, templa Hephaestioni
uelui heroi tua opera instructa inuenero, non
solum veterum déclitorum, sed etiam omnium
qua postea commiseris, ubi gratiam fecero.
Hoc ab amplissimo rege scriptum esse homini
multis populis imperanti præscrim malo, non
improbare non possum. Sed iam Alexandri
exitus appropinquabat: quem ex huiusmo-
di re maxime significatum q̄ signifi-
catum, Aristobulus scribit. Nam cum co-
pias, que cum Peuccata præside Philoxeno ac
Meandro uenerant, in Macedonicos ordines

(ue)

(ut paulò antè diximus) diuideret, sui affectus.
 cion è solio surgens paulum inde concessisser,
 interim obscurus quidam homo (sunt qui di-
 cant captiuum fuisse) cum regiam sellam rege
 vacuam animaduerteret, per medios eunuchos
 sella circumfusos (nam amici regē secuti fue-
 runt) in eam sessum se contulit. Quod ubi cir-
 cumstantes conspicati sunt, cion non auderent
 eum sella detrahere, lege Persarum inhibente,
 præ dolore ueluti in ingenti infortunio, cum id
 in sinistram partem acciperent, ora pectoraq;
 unguibus fædere cœperunt. Quod ubi Ale-
 xandro renuntiatum est, continuo inde abstra-
 ctum, in questionem dari iussit, ut sciret an cu-
 iuspiam consilio tantum facinus perpetrasset.
 De nomine confessus, levitatem quadam compul-
 sionē id fecisse respondit. Quapropter uates,
 multò magis timendum esse, id interpretati
 sunt. Pancisq; diebus interiectis, cùm dys pro
 consuetudine sua sacrificasset, pro tantiis ui-
 elorū gratias agens, aliqua & noua sacri-
 ficia ex uariis monitu instituisset, cum ami-
 cis epularus est, conuiustumq; ad militem no-
 tem produxit. Fertur etiam, per decuriis ac
 centuriis in sacris exercitiis uinum exhibui-
 se. Sunt qui scribant, uoluisse eum è conuiuio
 in cubiculum abire: sed Midiuū unum ex ami-
 cis, tunc maximè ei acoptum, rogasse, n*i* apud
 se manentes, esse quod eum maximè delecta-

ret. Regis uero diurnoru[m] aetorum libri hoc habent, cum persuerasset aliquantum in spectan-
dis apud Midium ludis, posasse, deinde lotum
edormisse: ac rursus apud eundem Midiu[m] coe-
nasse, atque iterum ad muleam noctem bivisse:
mox a potu digressum, rursusq[ue] lotum, parum
quid mandisse, ibi q[ue] (iam enim in febrim inci-
derat) cubuisse. deinde lectica delatum, uia
constituerat, sacrificasse. Inter haec iter copia-
rum ducibus pronuntiass[er]e: et eos quidem qui
terra profecturi essent, quarto post die: qui uero
secum nauigaturi, quinto die paratos esse ins-
sisse. Post haec lectica delatum, nauimq[ue] ingressum
flumen traiecss[er]e, et in amoenissimos hor-
tulos se contulisse, ibi q[ue] denuo lotu[m] requieuisse.
Postridie quoque denuo lotum, consueta dies
sacra fecisse: ingressumq[ue] cubiculum, cum Mi-
dio colloquientem, imperasse ducibus, uia mane
adessent: deinde coenasse modicè quidem ac so-
brie, in cubiculum regressum, rursus febri cor-
ruptionem, totamq[ue] noctem elanguisse. Sequenti
die lotum denuo sacrificasse, nauigatione (qua
serio die futura erat) Nearcho ac ceteris du-
cibus iterum denuntiata. Alteroq[ue] die lotum,
pro salute sua sacrificasse. nec tamen iecirco
febri lenatum. Postero die cum ingrauescere
uis morbi cœpisset, itidem sacra fecisse: seq[ue]nti
transferri domū, que erat balneis uicina, ins-
sisse, nec postero ac sequenti die sacrificare de-
stituisse.

fitisse. Deniq; cū laboraret febri, angereturq;
 uehementius, copiarum duces in regiam acce-
 sisse. Caterorum ordinum principibus ante fo-
 res consistere insis. Nouisse quidem ingredien-
 tes ad se, sed eos nominatim compellare ne-
 quiuissē, coarctatis iā uocis meatus: eoq; bi-
 duo agerrimē se habuisse. Hac ex regis diurnis
 commentarijs. Cum uero milites partim mor-
 tuum suspicarentur, mortemq; celari crederet,
 partim eius desiderium ferre non possent, moe-
 sti se in regiam intulerunt, ut sibi regis uiden-
 di copia fieret orantes. hiq; à custodibus ad-
 missi sunt: sed iam uox regem defecrat. Itaq;
 quod unum poterat, erecto paulum capite ad-
 euntes inspectans, singulis dexteram prebuit.
 Isdem diurnis actus continetur, in Serapionis
 phano per uigilasse Pithonem, Aitalem, De-
 mophoontam, Peucestam, Cleomenem, Menida,
 ac Seleucum, percontatosq; deum, an melius
 fore Alexandriū in templum suum, ut à se
 curaretur, deferri: edit amiq; uocem, Non opor-
 tere. nam ibi permanentes, habiturum melius.
 idq; Alexandro per amicos pro optimo renun-
 ciatum. Caterum illum paulò pōst, tanquam id
 sibi melius fuerit, decessisse. Hac Ptolemaeus &
 Aristobulus de Alexandri morte scripsere.
 Quidam ad hac adjiciunt, cum amici ex eo mo-
 riente quererent, cui nam ex ducibus regnum
 relinqueret: respondisse, Præstantiori. Idq; à se

ita ambigue prolatum, quasi ingens certamen
 de regni possessione mox inter illos orientium
 presagiret. ex quo existimabat maius ac diu-
 turnum desulerium sui, apud milites fore. Neq;
 uero me praterit, multa alia prater hac de
 Alessandro scripta esse, et inter cetera, quod
 ex ueneno mosso ab Anipario perierit, cuius
 ueneni inuentor Aristoteles fuisse, proper
 Callisthenis necem Alexandru metuens, idq;
 à Cassandro Antipari filio (ut quidam pu-
 tant) muli ungula (nam aliud ferri non po-
 terat) allatum, per Iollam minorem Cassandri
 fratre regi traditum. Nec defūm qui scribant,
 Midium, quod amator Iolla esset, eiusdem sce-
 leris concium ac participem fuisse: ob eamq;
 causam Alexandru ea nocte per ludum deti-
 nuisse. nam post haustum poculum, intolerabili-
 les dolores regi subito exortos. Sunt etiā quos
 scribere nequaquam producerit, Alexandrum
 cum iam de fatore desperaret, uoluisse sc̄e elam
 suis in Euphratē coniūcere, uti sublatu ex ho-
 minum oculis, certiorcm apud posteros fidem
 faceret, se ex deorum genere ortum, ad deos
 abiisse. Sed à Roxane uxore, que consilium
 eius intellexisset, cum uellet exire, inhibitum,
 quæsumq; exclamasse, inuidere illam sibi di-
 uine originis sua gloriam. Que, iecirco magis
 attigit, ne in ea ignorasse uidear, quam quod
 uera aut uerisimilia esse existimem. Decepsis
 autem

Audem Alexander c x i i i i . Olympiade,
 Hegesia Athenis summum magistratum ge-
 rente. Vixit duobus et xx x annis, mensi-
 busq; octo, quem admodum Aristobulus tra-
 didit. Annis uero xii regnauit, ac mensi-
 bus illis octo. Statura corporis decorafuit, la-
 borum patientissimus, in agendo strenuus ani-
 mo ingentilis, glorie studiofissimus, circa uolupta-
 tes corporis moderatus, rerum diuinarum ac
 ceremoniarum cultor, consilio bonus, in conie-
 cturando solers: ad hac sapienter exercua-
 ducere, copias armare, acies instruere, mi-
 lites oratione excitare, et (ubi opus esset)
 communicare periculo labantes confirmare,
 impigre omnia obire, prauenire hostium con-
 filia, promissa seruare, pecuniam contemne-
 re, liberalitate in suos uiri. Si quid autem for-
 zasse natus est aut insolens aut crudele perpe-
 trasse, id sancte hand multum in eo notandum
 censuerim, si florentem adhuc aratem, si con-
 tinuatos prosperarum rerum cursus, si adulata-
 tores (qui reges duco, rectoq; distrahere con-
 nanent) animaduiciamus. Sed illud sanctis scioz
 nullum unquam antiquorum regum in sanctam
 post peccatum paenitentiam uenisse. Plerique
 enim quamvis se delinquisse sciunt, id tamē tan-
 quam recte factū pertinaciter defendūt, culpa-
 suam per hunc modum celatum iri existinan-
 tes. Qui muti quidam magno errore teneri uan-
 dentur.

dentur. *Summa etenim medicina peccati est*
 (*quantum ego existimo*) *& peccatiū confueri*
suūm, & eiusdem pœnitentiā præ se ferre. nam
 qui iniuriā accipit, illam haud dubie aliquan-
 to leuius perfert, si eum qui intulit, & faceris se
 deliquisse, & iniurie pœnitere animaduertas.
 Ad hæc, qui violat alterum, si dolere se facto-
 doceat, bonam spem ceteris præstat, se post hac
 nihil admissurum cale. Nam quod Alexāder
 originē suam in Iouem referebat, non maxime
 reprehēdendū cœsucrim. neq; enim is mihi mi-
 nus clarus atq; inclitus aut virtute, aut rebus
 gestis, aut gloria fuisse uidetur, quam Minos,
 quam Asacus, quam Rhadamanthus: qui ge-
 nus suum & ipsi in Iouem referentes, haud ta-
 men ab antiquis improbati sunt. Nec uero aut
 Theseus, aut Apollo carpitur, quod ille sibi
 Neptunum patrem, hic Iouem finxerit. Verum
 & Persicus habens arte quadā à rege mihi
 sumptus uidetur, ne à Barbarorū moribus o-
 mnino alienus uideretur, atq; ut cōtra Mace-
 donū iracundiā frani aliquid haberet. Quam-
 obrem is mihi uidetur Macedonum ordinibus
 Persas melophoros inferuisse: equitibus uero,
 qui pari cum ijs honore essent. Longas autē po-
 tationes nō iccirco ab eo cōstitui solitas Ari-
 stobulus scribit, quod esset uini audius (neque
 enim mucus erat in potu) scđ magis, ut amicos
 delectaret. *Quisquis igitur Alexandrū uitæ-*
 perare

perare nütur, ne ea solum cogitet que nütuperatione digna censentur, sed omnia eius bona malaq; unum in locū cōgerat. Consideret, quis fuerit, qualis fortuna usus, in quantam gloriam euectus sit: qui sine controuersia Asia atque Europa prefuerit, cuius nomen in omnibus terrarum orbem peruaserit: cogitet praeijs qua laudantur, minima esse qua in eo uituperentur: tum facile iudicabit, in tanta uirute atq; fortuna, ea uicia facile tolerari posse, qua ex ipse post factū (ucluti maiestati sua indecora) detestatus sit. Quod autem ad deorum originē, quā sibi ipse asserebat, attinet, is mihi quidē non sine summo quodā ac diuino consilio ex genitus ex natus uidetur, quem mortalius nemo adhuc aut fortuna aut factis aquare potuerit. quod ex diuina oracula in eius morte significasse uidetur, ex species uigilatibus atq; in somnijs uisa, honoresq; propè diuini eidē decreti, tum alia post tantum temporis spatium Macedonian genti illius honori hactenus exhibita. Quapropter licet in huius historie contextu nonnulla illius facta reprehēderim, eundem tamen admirari me haudquaquam piquerū. Ea tamen tū ut sententiam meam proferrem, cum communis militaris causa reprehendi: cuius rei gratia ex ego non absq; diuina quodam instinctu, ad hanc historiam scribendam me conculi.

Z S A R R I A

ARRIANI NICOME-
DENSIS DE REBUS GE-
Itis Alexandri Magni regis
Macedonum Lib.
ber vii d.

Videtur hic liber scorsim ab Arriano de Indi-
carum rerum tractatione scriptus esse,
neq; ad precedentium alioqui seriem
pertinere. Eius autem supra
libro 6. pagina 235..
meminit.

RE G I O N E S, que cis Indum
flumen sua fuit aduersus oc-
cidentem, Cophenum annem
Astacens atque Assacens
Indicæ gentes incolunt. Hi ne-
rò hanc tam magna corporum statura sunt,
quam qui trans Indū habitat: neq; eo prater-
ea robore, ac nigredine corporū, ut certa In-
dorū gentes. Et hi quidē diu sub Assyriorū ac
Medorū regno fuere. Adempio autē Medis
imperio, Persis patrebant: tributa Cyro pende-
bant, Cambysa filio, quāt; ijs Cyrus ipse taxa-
uerat. Nyssai uero Indi nō sunt: sed ex eo Gre-
corum genere, quos Dionysius in Indorū fines
expeditione illa orientali secū duxit, urbe Nyssa
ā sc̄ conditæ: eoq; deductis, qui uel atare, uel
morbo, uel belli casibus militare non possent:
Et item ex indigenis, quā sc̄ sua voluntate in-

eato

eam considerum, urbem Nyssam, regionē Nyssam appellari uoluit. montem uero, in quo sita est, Femur: ex eo quod sibi accidit proutus cum esset natus: at traditum est in fabulis, utque sunt uates tam Graci quam Barbari doctis ista configere. In Assacenis est Massaca, ac Pencela, procul ab Indo. Hanc regionem ab exteriori Indi flumino parte, occidentem uersus, usque ad Copheman, Assaceni tenent. ab Indo ad orientem quicquid terrarum intercitet, India occupat, iūq; populi qui eas regiones incolunt, Indi uocantur. Terminatur India à septentrione TAURO monte, regioq; adiacens Taurus appellatur. incipit Taurus à mari circa Pamphiliā, Lyciam, & Ciliciam: tenditq; perpetuo dorso ad orientalem Oceanum, rotamq; Assiam interfecans, alibi aliud nomen recipit. Nam quibusdā in locis Paropamisus, in alijs Hemodus, alibi Imaon appellatur, & alijs etiam alibi fortasse nominibus. Macedones & Graci, quā cum Alexander militauerunt, hūc Caucasum nominauere: cū quidē Caucasus Scythie mons sit, & alius à TAURO. Ex quo perimax fama tenuit, Alexandrū trans Caucasum cū exercitu profectū. Indus amnis, quā ad Oceanum spectat (ut diximus) Indiā aluit: iūq; per duo ostia non ita inter se propinqua, ut quinque illa Danubij, sed instar Nili paulo remotiora, in Oceanū exit. à quib⁹ Delta

Gracis

Gracum non minus Aegyptio, quod Nilus suo flexu facit, efficitur, quod Indorum lingua Patala appellatur. At quā ad austriam ex meridiem uergit, Oceano clauditur. Hac Indi ostia, Patalamq; ex qua in meridiem spectant, Alexander ex Macedones, ex pleriq; Graecorum uiderunt. Quae uero ad orientem sita, ultra Typhasm annem, ea nec Alexander, nec suorum quisquam adiit: ex pauci quidem scripserunt, quae usq; ad Gangem gentes aut oppida sint, ubi Gangis ipsius ostia, ubi Palimbothra urbs ad Gangem, Indorum maxima. Apud me uero Eratosthenes Cyreneus grauis autor plus ualeat, qui de situ et circumiu Indiae diligenter quam ceteri, uidetur scripsisse. Is tradit, Indianam à TAURO monte, ex quo Indus oritur, quā ad orientē uergit, usq; ad Oceanum stadia $xiiii.$ millia patere: quā uero ad orientem spectat, hoc est à contraria montis parte, stadijs $vii.$ millibus. Longius est aliquanto id latus propter promotorium, ad tria milia stadiorum in mare excurrens. hanc esse India latitudinem ait Longitudinem uero, ab occidente in orientem usq; ad Palimbothra, dicit se finibus suis dimensionem scribere, esse uiam quandam, que regia appellatur: hanc ad dena millia stadiorum comprehendere, ulteriora non ita certa esse. At qui communem Indorum opinionem fecuti sunt, latitudinem eius regionis

regionis cum promontorio, quod in mare pro-
tendi diximus, x. stadiorum millia continere
tradunt: atque ita Indiae longitudinem nice-
na maximè millia stadiorum esse. Cnidius au-
tem Ctesias affirmat, Indianam reliquæ Asiae
aequalē esse: non ut Onesicritius, qui eam ter-
tiā partem eiusdem Asiae perhibet. Near-
chus quatuor mensium iter per Indorum pla-
na esse asserit. At Megasthenes Indiae spa-
cium, quod ab oriente in occidentem perit,
quod alij longitudinem esse volunt, latitudinem
esse dicit: atq; ubi angustissimum, x v i. millia
stadiorum esse, à septentrione uero in meridiem,
quà magis extenditur, longitudinem esse: eamq;
ubi breuissima, trecenta stadia supra duo cō^o
x x. millia capere. Flumina tot sunt in In-
dia, quot in reliqua Asia: quorū omnium
maxima, Ganges atq; Indus. à quo omnis illa
regio nomen accepit: ambo uiq; maiora quàm
Nilus uel Danubius, etiam si utrumq; coniun-
xeris. Quin etiam maior mihi uidetur Acesi-
nes Danubio ac Nilo, ubi Hydaspes, Hydraote
atq; Hyphasi in se receperit, Indum influit. ibi
eius latitudo x x x. maximè stadia comple-
titur. Fortassis etiam alij ampliores amnes no-
bis ignoti. Indorum terras secant. Sed hæc no-
bis haud satis explorata sunt, ut affirmare
possim quicquam de his, que ultra Hyphasim
sua sunt. Horum autem duorum fluminum,
Gangis

Gangis atque Indi, Gangem multo amplior-
rem Megasthenes scribit, & alijs quicunque de
eo flumine scribentes mentionem fecere. Nam
& grandis ex fontibus oritur, & excipit Cai-
nam, Errhanoboam, & Coccoanum, ad hec so-
nū, Sutocatim, Solomatim; omnis nauigabiles.
Ad hec item Condochatim, Sambum, Mago-
na, Agoranum, atq; Omalum amnes. Influent
quoq; & Commenases ingens fluvius, ac Cacu-
this, ac Andomatis ex Madiadinorium gente
Indica exiens: ac prater hos Amytis, iuxta
urbem Caradupen: & Oxymagis apud Pa-
salas: & Erineses apud Machas, gentem &
ipsam Indicam. Horum nullum Megasthenes
minorem Meandro esse, quā maxime nauiga-
bilis est, asserit. Patet autem Ganges, quā ma-
xime angustus, ad centum stadia. In multis ne-
rō locis in modum stagni usq; adeò diffunditur,
ut quā terra depresso, nec tumulus usquam
apparet, trans alteram ripam nihil oculis dis-
cerni queat. Indum uero hi amnes incur-
runt. Hydrantes quidem in Cambirolis, postq;
recepis & Hyphasi ex Sirobis, & Saran-
gi ex Ceceis, ac Eudro ex Assacenis, Acesi-
nem intrante. Hydaspes apud Oxydracas una-
cum Sinaro, quem apud Arispas in se admie-
xit, & ipse Acesinem influit. Acesines apud
Mallos in Indum excurrit. Tuthapus quoque
grandis fluminus, in Acesinem se ingerit: qui-
bns

bus annibus Accesines grandior factus; eorum
 appellationibus extinctis. Indum ingreditur.
 Cophenus apud Pencelaitidas, Malamaneo,
 Soastro, ac Garea in se receptis, ex ipso se Indo
 miscet. Itemq; Saparnus ac Piarenus, non
 multum inter se distantes. Soamus quoque, ex
 momantis Sabisarecorum, nullo alio fluvio in se
 recepto. Hicq; omnes (ut tradition est à Aegae-
 sthene) ut plurimum navigabiles sunt. Non igi-
 tur pro uanis aut incredibilibus haberi oper-
 et, que de Indi & Gangis magnitudine à re-
 vran scriptoribus tradita sunt, quod ab his Ne-
 lus. ex Danubius longè superentur. Namq; in
 Nilum nullum flumen illabi scimus, sed ex ipso
 eiuos ac fossis per Aegyptum deduci. Danu-
 bius uero parvus, qua è fonte exit: catrū mul-
 ta flumina in se admittit, sed neq; numero neq;
 magnitudine Indicis annibus aequalia, que in
 Indū Gangemq; se ingerunt, quorū admodum
 pauca navigationē recipiunt. Ex quibus Henū
 uidi, ac Salui, Henus in confinio Noricorum ac
 Rethiorū, ipsi Danubio se immiscet: Salus uero,
 apud Paonias. Is uero locus ubi hac duo flumi-
 na cōfunduntur, Taurunus uocatur. Si quis uero
 prater hos duos annes, adhuc forte aliquē qui
 in Danubiū excat navigabilēm sciāt, non mul-
 tos tamen certe nomunabit. Magnitudinis uero
 causans borum India fluminū proferat aliis,
 quisquis uelit: aut ex alio querat. Mihī uero
 facit

satis sit, quæ de his accepi, attigisse. namq; et
aliorum complurium fluminum nomina Me-
gaſthenes commemorat, quæ ab Indo et Gan-
ge separata, in orientalem ac meridionalem
Oceanum exēunt, octo supra quinquaginta eſſe
manūon patientia. Sed nec ipſe Megasthenes
mihi uidetur multum Indiae peragrass̄e, plus tamen
certe quām illi qui cum Alexandro mi-
litauerunt. Fuisse enim ſe dicit cum Sandrocot-
to, maximo Indorum rege: et cum Poro, qui
uel Sandracotto maior ac potentior fuit. Scri-
bit igitur is neq; Indos aduersus ullam gētem,
neq; alios aduersus ſe exercitum duxiſſe. nam
Sesoſtrīm Aegyptium, qui maiorem Asiae
partem occupauit, cum uſq; in Europam cum
exercitu proceſſiſſet, ulterius progredi deſtuiſſe.
Indathyrsum Scytham cum magnis copijs ē
Scythia egressum, multis Asia genib⁹ debel-
latis Aegyptum iuincendo peragrass̄e. Semi-
ramin Assyriam conatam quidem Indos in-
uadere, sed antequām finem consilijs impone-
ret, decessiſſe. Alexandrum autem unum ex
omnibus in Indos cum exercitu profectum eſſe.
Conſtant quoq; fama eſt, Dionysium ante Ale-
xandrum Indos cum exercitu petiſſe, ac deni-
ciſſe. De Hercule autem fama infirmior. Expe-
ditionis Dionysij Nysa urbs non obſcurum mo-
numentum eſt, monsq; quem Femur nocant:
ipſaq; hedera, quæ paſſim in eo monte naſcitur:
tympha

sympana preterea, ac cymbala, quibus in p
 rae-
 lijs Nysai utuntur: itemq; uelitis distincta ma
 culis, ueluti Dionysio sacra facientium. Hercu
 lis uero non ita multa monumenta in his locis
 uisuntur. Sed quod petram illam, de qua prio
 ribus libris scripsimus, quam Aornum vocat,
 expugnare non potuisse dicatur, qua ab Ale
 xandro capta est, Macedonicae cuiusdam ia
 Etanice mihi uidetur esse, quemadmodum e
 montem, qui Paropamisus est, nihil ad Cauca
 sum pertinens, Macedones igitur Caucasum no
 minauere. Antrū quoq; quod in Paropami
 so esse acceperant, illud esse dixerunt, in quo
 Prometheus ob surreptū dys ignem, dimisumq;
 mortalibus, relegatus poenas daret. Et quia
 Sibesios gentem Indicam pellibus amictos cō
 spexerunt, aiebant ab Hercule relictos. nam e
 clauam ferunt, e bobus illam inurūt: qua cla
 ua Hercules uii consuefset. Sed si cui hæc ueri
 similia uidetur, aliis utiq; fuit hic Hercules,
 quam aut Thebanus, aut Tyrius, aut Aegy
 ptius: isq; haud procul ab Indis regnans. Mi
 hi uero ne plura de hac re dicam, non omnia
 pro ueris recipienda uidetur, quæcunq; de his
 quæ uera Hyphasim sunt, externi rerum scri
 ptores tradiderunt. Nam de his qua ad Hy
 phasim pertinent, non usquequaq; incredibilia
 existimauerim, quæ scripsere hi quis Alexandrum
 secui sunt. nam e hoc quod sequitur,

A ait

aut Megasthenes de flumine quodam Indico.
 (Silam appellante) oriri ex fonte eiusdem nomi-
 nis, ac per Silcoram fines illabii; qua à flumine
 nomen accepere ne. eius aquas eam non habe-
 re, ut nihil omnino sustinere posse, nec vales,
 nec quicquam aliud pari: sed omnia profundo
 mergi. maxime uero est in temporibus apud
 Indos generantur pluviae in montibus, praefer-
 um Paropamiso. Hemodo, & Hamaco: è qua-
 bus magna ac turbulenta flumina exoriuntur.
 Cedunt etiam imbræ in plana Indoru, ex qua
 plorisq; in locis stagna sunt. Coëgitq; recessio-
 nes aliquando media astate superat abeo-
 campisq; inundatis, Alexandri exercitū pre-
 properè locum mutare. Ex quibus licet Nilus
 natura conicitur, quodq; uerisimile est, ex pla-
 uis, qua per astatem in Aethiopum montibus
 gigantur, augeri, turbidior q; luto ripas exce-
 dere, & in Segyptum diffundit, qualis ea par-
 te anni effluit, non uelut ex nire dissipata, necq;
 enim astitis temporibus, flantibus maxime Etc-
 sis, refluitre in annis: cum quidem & alia
 Aethiopie montana, ob magnos regionis &
 solis ardores nimosa non sint. Parti autem plus
 uis ea loca; quemadmodum & India monica-
 na, non esse præter rationem dixerint. nam &
 quoad cetera India haud dissimilis Aethiopia
 est, & Indi annis, sicuti Nilus, qui est Aethiopicus, atq; Segyptius, crocodilos ac pisces:
 eosdem.

osdem (prater equum suum acilem) ferunt. quanquam Onesicritus, et id genus pisium ibidem signi afferit. Hominum quoque Indorum atque Aethiopum corpora non multum differunt. namque Indi, qui magis ad meridiem accedunt, Aethiopibus similliores uidentur. sunt quidem nigro ore, nigraque coma: sed non aqua similes, aut capillo criso. Qui uero ad septentrionem magis accedunt, maxime concolores Aegyptijs sunt. Omnino autem (ut ait Megasthenes) Indie gentes ceterum ac duas ex nigrius sunt. Ego uero nunc multas esse Indie gentes, cum Megasthenes cōsens serimundo ante didicerit, hanc esse certum ac definitum numerū, coniectura consēquimur nequeo: cum nec magnā partem Indie peragraverit, nec siue Indis commerciū inter se omnibus. Neiqui sūt Indi pastores fuere, quemadmodū et Scythae, qui neque agricultura studient, neque urbes inscolunt, neque templo diis extirunt, sed plaustris errabundis in alia atque alia loca pro tempore commeant: pellitus ferarum, quas uenatio considerant, amicti, arborum folijs pascebantur. Tali id genus arbores uocant: circa summities pingue quiddam in palmarum modū gerunt. ērues quoque ferariam ijs cibis erant, ex ea cruda, antequam Dionysius in fines Indorum profectus sit. Postquam uero Dionysius Indos uicit, urbes condidit, leges quibus uiteretur iuit, minique usum (quemadmodū et Gracie

A 8 75

ijs dedit, ad hac terram seri docuit, seminibus
 collatis: sive quod Tripolemus Indiam attige-
 rit, cum à Cerere missus est ad distribuēda mor-
 talibus frumenti semina: sive ante Tripolemū
 Dionysius quāspidam in Indiam profectus, In-
 dis frugum semina exhibuerit. Primus omnium
 Dionysius bones iuga ferre ex arare docuit,
 salutationem induxit, qua apud Gracos Corda-
 ca appellatur. Ad hec comā producere, mi-
 eram gerere, sanguinis nii ostendit. utiq; usque
 ad Alexandri in ea loca adūctum, Indi cum
 cymbalis tympanisq; in pugnam ibant. Disce-
 dens ex India Dionysius regem Indis consti-
 tuit Spartembas, unum ex amicis, sacrorum
 ex ceremoniarum periculum. Quo mortuo, ad
 Bondyam eius filium regnū transiit. Et Spar-
 tembas quidem duos ex quinquaginta annos
 regnauit. Bondyas non plus x x. post cuius
 mortem, Cradeuas filius regnum accepit. Et
 exinde multo post tempore regnum filiis per
 manus traditum. Si uero non erant regibus li-
 beri, qui succederent, si uero unum aliquem inter
 se uirtute præstantem, à quo regerentur, delige-
 bant. Hercules autem, quem ad Indos iniisse
 nulatum est, ab Indis dicitur indigena fuisse.
 Et hic Hercules maximè apud Surasenos gen-
 tem Indicam colitur. Duas urbes magnas ha-
 bent, Methoram uidelicet, et Clisoboram, ad
 Zobarem amnem navigabilem. Ornatum au-
 tem

tem corporis, quo uebatur hic Hercules, Megasthenes scribit fuisse illi similem, quo Thebanus Hercules uiri solebat. quod ex Indi affirmant, eiq; multos fuisse filios uirilis sexus, multis enim uxores habuisse, filiam uero unicam, nomine Pandaam. Terram quoq; in qua nata est, quam Hercules ei tradidit, de nomine eius Pandaam appellatam: datus insuper ei elephantes quingentos, equites ad 1111 m. pedites circuer CXX. millia. Hoc quoq; alia Indorum gentes de ipso Hercole affirmant, quod cum tota India peragrasset, purgassetq; eam omni uitio, in mari reperit margaritam, quales qui lucri causa merces inde deferunt, multo precio comparare solent. Sed ex Gracis olim, ex Romanis hoc tempore, quicunq; diuites ex beati putantur, maiore studio margaritam (ita enim Indorum lingua appellantur) undiq; conquirunt, ex immensis preciis comparent. Hercules eius pulchritudinem admiratus, quas filia dono daret indagari iussit. Sit idem Megasthenes, conchas, in quibus margarita ex uniones gignuntur, retibus capi, gregatumq; multas ueluti apes depasci, regemq; suum habere: ac si contingat regem comprehendendi a pescatoribus, eas protinus circumfundit, nec uim effugere, fugiente rege ex ipsas effugere. Earum carnes Indos corrumpti sinere, osse ad ornamen. uiri. Esse autem uniones apud Indos,

ser tanto auri pondere aſtimatos. In eadem India aurifodinas extare. Ad hec in ijs regionibus, quas Herculis filia regno tenuit, fæminas ubi ad ſepimum etatis annum perueniunt, uiro maturus censeri, nec nubere: uiros quae dragim a unius ſumnum uiuere. Vulgarerumque fabulam huiusmodi apud Indos., Herculem, cui ſexet hanc filiam ex uxore ſucepiffet, ac uita ſue finem iam adeffe ſuſpicaretur, nec haberet uirum dignum ſe ſocero, cui illam collocaret: cum filia ſeptem annorum coiffe, uiri ex ſe ſaboles Indorum regibus procreandis reſtaret. Hunc honorem Indis, quibus Pandra imperauit, ab Hercule habicium. Mehi autem uidetur hac uel ex eo haud uerisimilia effe: si Hercules adhuc generare liberos poterat, iudicandum eft. Et ipſum, fuſſe uita longioris. Sed ſi ea certa, ſunt que de puellarum etate memorantur, non diſſenſire ab ijs uidontur, que de uirorum etate tradita ſunt, quod non ultra quadragesimum annum uiuant. quorum enim ſenectus maior eft, horum et mors (qua cum ſenece aduenit) matureor, eorumq; uirilitas ſecundum finem ciuitatis florefcat neceſſe eft. hac ratione xx. xx. annos nat. apud illos in uiridi ſeneclua effent, qui x. xi. extra adolescētiam: qui uero xx. v. hi adolescentes haberentur: ſenectus quoq; eadem ratione ſepimum annus fætus habiliſ ſideretur. In eadem regione terra.

fructus

fractus cito maturescere, idem Megasthenes
 scribit. A Dionysio ad Androcotum reges.
 C. & L. I. I. Indi numerant: annos uero duos
 & x l. supra sexies mille: ex quibus omnibus
 seculis ab initio c. c. c. annos, iterum c. &
 x x. liberi suis legibus uixere. Fuisse uero Dionysium prius quam Herculem dicunt, x v. seculis, nullumq; aliam bellum inferendi causa si-
 nes suos ingressum: nec Cyrum Cambyses filium,
 quamvis aduersus Scythes exercitum duxerit,
 et (quod ad alia spectat) preter cateros. A sie
 reges multa ex magna gesserit. Alexandrum
 uero intrasse, omnisq; gentes armis subegisse, ad
 quas peruenierit, ac cateros superaeurum fuisse,
 nisi exercitus progrederi uicerius recusasset. Cate-
 rum Indorum neminem cum exercitu, cupiditate
 imperandi, Indiae finibus (ne iniusti uideren-
 tur) egressum. Hac quoq; de Indis: non condere
 Indos sepulcra mortuis: uirorion virtutes ac
 laudes, que de ipsis cantantur, satis ualere exi-
 stimare ad hominum memoriam conseruan-
 dam. Indicarum numerus urbium (adecò mul-
 tissime) nulli compertus est. quacunque autem
 apud amnes, aut iuxta mare sita sunt, ex ma-
 teria adificata: neq; enim possent longo tem-
 po durare. si ex crudo lacre fierent, proprie-
 tates: simul quia amnes, ubi ripas exco-
 dunt, India campos completi. qua uero sunt

editis locis sua, haec ex laterculis ac luto structae sunt. Amplissima Indicarū urbium est, quam Palimbothram vocant in Gadrosorum finibus, iuxta Erannoboe et Gangie fluminum concursum, qui quidem Erannobous, inter Indiae flumina terrium magnitudine locum obtinet: sed Gangi cedit, omnium longè maxima. Ait Megasthenes, huius urbis longitudinem ad LXXX stadia, latitudinem ad x v. pro-
rendere: fonsq; urbi circundatam, latitudine sex terrae iugera occupare, altitudine cubitos
XXX habere, turres LXX. supra c. portas
III. ac LXX. Est autem et hoc mirabile,
quod ait ipse Megasthenes, in India omnes ho-
mines liberos esse, seruire neminem. In quo Za-
cedamonij cum Indis conueniunt, apud quos
externi modo captivi seruitur et seruunt. Dic-
untur Indi in v. generahomunum, quo-
rum alij Sophista appellantur, numero qui-
dem inferiores cateris, sed honore et gloria ca-
serorum omnium præstantissimi. Hi hand ne-
cessé habent illis corporis muneribus fungi vi-
nendi gratia, neq; in publicum aliquid confe-
runt, neq; alij cuiquam negotio aut operi pre-
terquam deorum sacris, pro rebus publicis ince-
dunt. Et si quis alius priuatim sacra faciae,
adhibetur ei è Sophistarum numero quipiam,
qui doceat quo pacto sacrificandum sit: quasi
non aliter sacrificia dys accepta sine. Sunt au-
tem

tem Sophista soli inter Indos diuinandi peri-
ti, nec cuiquam extra illos diuinatio permitti-
tur. Ea modo pradicunt, que ad tempora an-
ni pertinent, aut si quā publica calamitas im-
pendeat. Et circa singulorum casus, ac priua-
torum fortunam, non est ijs diuinandi cura: siue
quod diuinandi rationem ad hac minora eis
priuata pertinere non potest: siue quod se in-
dignum existiment, circa hæc minuta eis par-
ua laborare. Si quis eorum ter in diuinando er-
rauerit, silentij modo poena mulctatur. nec est
quisquam qui indicto silenio, cogere posset ut
loquatur. Hi Sophiste nudis agunt, per hyemem
quidem sub dino apricantur, astate autem in
pratis, aut palustribus eis opacis locis sub ar-
boribus: quarum umbram Nearchus scribit ad
quinque iugera in circuitu extendi, iantaq; am-
plitudine, ut dena hominum millia sub una ali
qua earum se se possint ab aëtu solis defendere.
Vescuntur folijs eis fructibus quarundam ar-
borum, que pradulcia sunt, ac multum nutri-
menti non secus ac palmarum carica afferunt.
Aliud genus hominum post Sophistas, culturae
agrorum studet: eis hi quoque ad multitudinem
quidem satis multi. Hi neque arma habent,
quibus in prælio utantur: neque rem bellicam
tirant, sed agros colunt, ac regibus eis ciuitati-
bus liberis tributa pendunt. Quod si cōtingat
Indos inter se bellum gerere, nefas est agrorum

a s culto

cluores uersari, aut uastari agros. Sed illi quidem qui bellum gerunt, in conspectu agricolarum pugnant, sc̄q; interimunt illis quiescentibus, uel aliquod opus rusticum facienteibus. Tercium genus. Indorum ex pastoribus constat. Et hi quidem neque in urbibus nec in pagis habent, sed huc illuc uagi errant, nimirumq; in solitudine ac montibus. Et hi quoque ex pecore tributa solunt, ferantq; agitases, uenatu uitam agunt. Aliud genus opificum et negotiorum est: Et hi quoq; de arcium suarum questu tributarij sunt, his exceptis, qui arma fabricantur. His enim uel ex publico merces est. In hoc genere comprehenduntur fabri navales, qui fluminis nauigant. Quintum genus est apud eos militarium: Et hi quidem secundum agricultos, ceteris ordinibus numerosiores sunt, categorum multa licentia uti finuntur. Nihil preter arma curant, aut exercent: arma ab alijs accipiunt, ab alijs equos, elephantos, currus, auxilios, curruumq; rectores. Per belli tempus bello intenti sunt, pacatis domi rebus quiescentes: tam eumq; ex publico capiunt, quam ut ad se suosq; alendos satis su. Sextum genus est eorum, quos rerum agendarum curatores vocant. Horum officium est, que in urbibus, que in agris fiante, cum cura inniscere, caq; regibus (si per regem gubernentur) aut magistratibus (si liberae ciuitates sint) renunciare, his nefas est, saltu quia

Quicquam pro uero afferre. Nec Indorum quicquam unquam in iudicium, quod memitus est, vocare est: tantum apud eos uerum ac fides ualeat. Reliquum eorum genus est, qui de rebus publicis, regibus ac magistratibus consulunt. Hi quidem numero pauci sunt, ceterum propter sapientiam ac iustitiam ceteris omnibus anteponuntur. Ex hoc genere principes, legionatores, quaestores, ac copiarum ex classum duces, adiles, quiq; rusticō operi presint, leguntur. Coniugia hisce ordinibus promiscuari nefas est. neque enim licet agrorum cultori ex artificum genere uxorem capere, nec contraria. Neque eundem hominem duas artes exercere permission est: neque ex uno aliquo genere officij ad aliud transire. Hoc modo unum omnibus concession: posse ex quocunque genere Sophistam fieri. quoniam Sophista circa aspera ex dura ac laboriosa uersatur, plus quam cetera genera, quae supra memorauimus. Venantur Indi quacunq; ferarum genera, quem admodum ex Graci; sed elephantorum agitatio omnium iucundissima est. ea per hunc modum fieri consuevit. Deligunt uenatores loca plana ex aprica, exercitus magni capacie, in eius circuitu fossam perducunt, quinos cubitos latam, altam quadrator, terram que continent labris fossa congerunt, eaq; pro mun-

eo uenit.

ro utuntur. *deinde in exterioris labri aggere cauernulas extruunt, et parua quadam foramina relinquunt, per que lucem admittant.* *inde appropinquantis feras, septaq; ingrediens prospectant: et quo magis elephantos eodem illiciant, quatuor foeminei sexus ex mansuetioribus intra concludunt, unumq; modò aditum relinquunt, labro fossa pone iuncto, eoq; multo cespite constrato, ne à feris intelligi dolos possit.* *Venatores intra cavernas latent. Elephantis loca culta interdiu non adeunt, ceterum noctu errantes, gregatim pascuntur: cumq; maximè ducem habent, ac sequuntur, qui magnitudine ac generositate quadam animali cateris praestet: non aliter ac tauros, bones sequi uidemus.* *Postquam septis propiores facti, inclusarum vocem audierunt, easq; per orationem cognoscere, eò protinus aduolant, septorum labra circumeunt, donec pontem reperiāt: quo reperto, in septa protinus se coniuncti.* *Custodes ubi ingressos uident, continuò pontem subtrahunt. Alij proximos pagos subito petentes, elephantos inclusos nunciant.* *Quo cognito, populares confessim elephantos mansuetos inscendunt, et eos quidem qui cateris animosiores uidentur, atque eò contendunt.* *Nec iam primo statim aduentu cum agrestibus elephantis pugnam incipiunt, sed illos aliquando sanguine suiq; macerari permittunt: quos ubi infur*

infirmiores ac remissiores factos uidentur rursum
dimisso ponte, sepe ingreduntur. Et primo
quidem ingens certamen, ut pote inter manfue-
tos et ferros, committitur: sed procedente certa
mine, sylvestres superantur. Tum sessores ele-
phantorum in terram delapsi, uinculo pedes
innectunt, et a domesticis elephaneis uerbera-
ri sununt, donec uerberibus fatigati concidant.
post hac laqueos collo intendunt, humiq; pro-
stratos inscendunt: et ut rectores pati discant,
suntq; usu faciliores, colla circumcidunt, uulne-
riq; laqueos circuligant, uel vulneris dolore se
regi patientur nam si non obremperent scffori-
bus, tracto violentius fure imperia admittunt.
Si qui uero eorum aut immatura adhuc etia-
zis, aut inepit uideaneur, abire permittunt. Ce-
teros ducunt in pagos, ijsq; gramina primum,
ac uirides calanos pro cibo apponunt: qui
cum primum praedolore cibos sumere recusent,
uario caneu ac cymbaloru tympanoriamq; tin-
nitu eos demulcere conantur. Habet namque
elephas (si qua alia fera) partem aliquam
humanae intelligentie. Namq; eorum aliqui re-
peri sunt, qui rectores suos in praelio cæsos, aq;
ex humano in dorsum ereptos, ex medijs hostibus
ad sepulcrum abstulerunt. alijs iacentes scffo-
res, contra uim hostium tutari sunt. nonnulli
rectoribus ab hoste excusis, se se pro illis neci
obiecerunt. Inuenimus et unum ferunt, qui

cuno

cum per iram rectorem occidisset, paenitentia facti ductus, pre mortalia ex inedia decessit. Vidi ego aliquando elephantum, duo simul cymbala anterioribus oribus appensa pulsantem; alio cymbalo ad proboscidem illi ligato: ex ad sonum ceteros elephanos salantes aperte atque composite, in gyrum, nunc se attollentes, nunc incurvantes, prout numeros ex ratio soni postulabat. et atq; mirus quidam cymbalorum omnium concensus. Faemonia ueneris appetens, uerno tempore, quemadmodum bos ex equa: quo tempore natae quadiu, quis habet circa tempora, et impentes expirant. Fertq; in utero foetum, qua plerumque, dho de x x. mensis: qua minima, x v i. Partur autem unicum, sicut equa: atque hunc latet siccus ad octauum annum emerit. Vtunne elephanti, qui plerumque, annis ducentis: plerique morbo correpti minus, Oculorum agititudini salutare remedium est, lac bubulum: ceteris morbis, uinum nigrius eporum prodest. ulceribus uero, porcina cannes rostae ac trita: Elephanto multo ualentiorum tigrum. Indis existimant: cuius pellem se uidisse Nearchius scribit, animal non uidisse. Indis dicere, magnitudine ingenis equis tanta uelocitate atque animo uigore, ut nullum aliud huic animali equiparari posse uideatur. Que ubi cum elephanto congrederitur,

frenua.

ffrenuo saliu capue insiliens, complexum stran-
 gula. Ha uero que a nobis uidetur, quas Tho-
 gridis uocabulo appellamus, Thoës sunt: ab-
 terius generis serae uarie, maiores tamen quano-
 alle Thoës. De formicis autem inquit Near-
 chus, formicam quidem se non uidisse, cuiusmodè
 alij quidam scribunt in India enascri: pelles au-
 tem a se uisus, ex earum multis in castra Ma-
 cedonum allatas. Megathenes autem affir-
 mat, certa esse, que de illis uulgarata sunt. eas
 esse, que aurum ex terra effundunt: non quidem
 auri studio; sed ut sibi species longè sub-
 terram parent. has enim uulpibus maiores,
 terramq; fridre auro mistam, ex ea pur-
 gata Indos aurum confolare. Sed ex auditu,
 non ex uisus hac narrat. Ego uero, qui nihil cer-
 te diffire de hac re possum, eorum mentionem
 missam facio. Psittacos Nearchus narrat, san-
 quam rem miram, nasci apud Indos, de uocem
 humana exprimere. Ego autem, quoniam
 muleus eius generis aues manfuerat, uidi,
 aliqui etiam agrestes libero celo uolitantes,
 non prosequar de huiusmodi aue, tanquam
 de re admiranda, plura dicere: neque etiam de
 simiarum magnitudine, qua' he catenis prae-
 flaro apud Indos puenter, neque qua arte
 capiatur. hec enīs nota sine omnibus, proprie-
 tatum fortasse miram pulchritudinem. Serpen-
 tes scribit Nearchus. ibidem caps, uariopelle,

aamæ

ac mira velocitatis: ex eum quem peremuit Pyl-
thon Antigoni, cubitorum x'v i. fuisse. quo
etiam maiores asserunt Indi apud se nasci. Re-
medium nullum Gracorum physici contra eo-
rum mortis inuincere, quod ab Indis inuen-
tum est. Ob hanc rem ait Nearchus, Alexan-
drum omnes Indos medicae artis peritos apud
se habuisse, qui serpentum mortu curarent affe-
ctos. Eosdem medicos alijs quoque morbis re-
medium artulisse. non multas autem esse Indo-
rum agitudines, propterea quod quatuor annis
statu apud illos temperatores erunt. Si qua-
uerò uis maior ingruat, sophistas consulere so-
lere: eosq; non sine diuina quadam uirtute fa-
nare, qua sananda credunt. Linneis uestibus
utiuntur Indi, quemadmodum ipse Nearchus
ait: linumq; ex quo texuntur, in arboribus na-
scit: quemadmodum prioribus libris diximus. ex
hoc quidem linum aut renera omni lino candi-
dius est, aut corporum nigredo illud aliquanto
candidius efficit. Ut tunc tunica, crure
medio tenus, uelo autem parim circa hume-
ros, partim ipsis etiam capitibus inieclis. Et in-
aures Indi gestant, ex ebore, qui locupletiores
sunt tantu: neq; enim uulgò id genus ornamen-
ti ferunt. Barbā uero ait illos alio atq; alio co-
lore fucare, ut in alijs alba, in alijs phoenicea,
in nonnullis rufa, in quibusdā uiridis, in aliqui-
bus nigra uideatur. Umbellas quoq; pra se ferre

per

per astatem, qui lauiores ceteris sunt. Calceis
ut corio elaboratis albo, altioribus, ac soleis
varijs, quo proceriores appareant. Armatur
a uti diversa. pedes arcu habere sibi aqua-
lem longitudine, eundem intendere sinistro pe-
de, quo fortius incurvent, introrsus oppositio. sa-
gittas trium ferè cubitorū esse: tantoq; impetu
exire, ut neque scutum, neq; thorax, neq; aliud
quodvis armatura genus possit resistere. In si-
nistra Indos clypeos ferre ex corio crudo bube-
lo, longitudine ferentibus propè pares: ceteram
aliquanto angustiores. Alios pro arcubius fer-
re iacula: gladio omnes uti lato ferro, trium cu-
bitorum longitudine. hunc ueraq; manu comi-
nus pralianes stringere, quo maiorem plagam
inferant. Equites iaculo uti, Daunij non absi-
mili: cæcrum scuto minore, quam pedites.
equos neque sellis insterni, neque franis Gra-
cis, aut Germanicis, sed bubulis loris cohiberi:
ijs claviculos affixos uulgas gerere, non mul-
tum aceros, ad interiorem partem conuersos:
ijsdem rebus locupletiores uti: quemadmo-
dum ex equis asinisq; uulgas, lauiores ele-
phantis, Elephantis uechi, regium haberi: pro-
ximus huic honor, quaternis equis: post equos,
camelis uectari. Vno autem equo achi, haud
honori esse. Ad hiec eorum uxores, qua casta
sunt, nullo alio munere quam elephanto cor-
rumpi posse: neque turpe existimari, si mulier

pro-

pro elephante cuiuspiā noluptati obsequatur.
 Quin etiam ipsas sibi laudi ducere, quod eorum
 pulchriudo elephanti muneri digna censeatur.
 Nubere uirgines nulla dote data, uel acceptas
 cumq; ad et atem nubilē uenium est, patres ilia-
 lis producere, ac permettere uiri cum sibi deli-
 gant uirum, qui uel cursu, uel lucta, uel pugil-
 latu, uel alia quapiā uirtute alios auicire indi-
 cetur. Aratores Endos, qui in plano degunt,
 pane truiceo uti: montanos, ferinis carnibus.
 Hactenus mihi exposuisse satis sit, qua de In-
 dis ex errū moribus nota, Nearctus ac Me-
 gasthenes uiri probi ac graues conscripserunt.
 Nam ne hoc quidem mihi propositum fuerat,
 uti eorum mores aut leges scriberem: sed illud,
 quo'nam modo classis ex Indis in Persas adue-
 tta fu. Itaque eiusmodi rebus enarrandis mo-
 dus statuatur. Ut autem ad rem redeam, post-
 quam Alexander in Hydaspis fluminis ripas
 paratus naues, quas imperauerait, reperit, Phœ-
 niceos, Cyprios, Aegyptios, quicunq; in castris
 erant, in eas imposuit, uipote mariu marum ac
 nauium rerum pertiores. Legit uem orien-
 dos ex insulis, Ionis quoq; ex Hellestonticos,
 eriremum ductores constituit. Ex Macedoni-
 bus Hephæstionem, Leonnatum, Lysimachū,
 Asclepiodorum, Archonta, Demonicum,
 Archiam, Ophellam, ac Timanum. hi Pellei
 erant. Ex Amphipoli, Nearctum Cretensem,

qui

qui hanc navigationē scripsit, ac Lampedona,
 & Androsthene. Ex Orestide, Craterum ac
 Perdiccam: Heordcos, Ptolemāū ac Ariston-
 um. Ex Pydna, Metronem ac Nicarchidem:
 Aetalon præterea Styphalon, Peucestam,
 Pythonem, Alcomenē, Leonnatum, Aegaeū,
 Panachaicum, Alariem, Mylleam: omnes
 Macedonias. Ex Gracis nero Mediū, Eune-
 nem scribam, Cardium: Critobulum Coum,
 Thoantem, ac Meandron Magnesium, ex
 Andronem: Ex Cypris, Nicolaum, Soliū, Ni-
 chaphontem Salaminū. Ex Persis, unum Ma-
 goam, nauis sue gubernatorē constituit: One-
 scrition Astyphalaū, scribam Euagorā Co-
 rynthium: praefectura classis Nearchion, genere
 quidem Cretensem, ceterum Amphipolitanū
 ciuem, qua urbs ad Strymonem amnem sita
 est. Postquam hec ita instituit, dīs patrījs, ex
 quibus præterea uates significari monuerunt,
 ium Neptumno, Oceanō, Nereidibus, Hydaspi-
 fluminī (unde moucri incipiebat) ex itē Ace-
 sini, quē Hydaspes influit, atq; Indo, in quem
 ambo excent, sacrū fecit: certamina quoq; mu-
 sica ex gymnica proposuit, sacrificiorum reli-
 quījs in exercitum distribuit. Omnibus itaque
 necessarījs ad nauigādum comparatis. Crate-
 rum inbet ab altera parte fluminis cum ma-
 gno equestrium ac pedestrium copiarū num-
 ero ierfacere. Ab altera Hephestionem, cum

exercitus parte maiore quam Cratero assignata erat, ac elephatis fermè ducentis: ipse argyra spides secum agit, omnes sagittarios, & amicorū equitatu propè c. c. Hi octies mille numero explebant. Cratero & Hephestioni in mandatis dat, uti praeant, classemq; praestolentur. Ad hac Philippū, quem in ea regione satrapē constituerat, ad Acesinem cum parte copiarū mittit. Ita enim c. ac x. millia milia eum sequebantur, cum ijs quos ipse è maritimis oris duxerat. Præterea qui missi ab eo fuerant ad congregandū exercitus, gētes Barbaras ex omni genere, & ad omnem speciem armatas adducebant. Ipse enim mouens cum nauibus, infra nauigare pergit per Hydasphem, ad ipsius amnis & Acesinis concursum: habebatq; ad octingētas naues, partim lōgas, partim onerarias, quibus & commecatus & equi uehebantur. Quo, autem modo hac flumina nauigauerit, quoq; & quas gentes in ea nauigatione denicerit, quod periculū in Mallis incurrit, quomodo vulneratus sit, & cadēs ex vulnere, à Peuceste & Leonnato obiectis scutis protectus fuerit, iam à nobis satis narratū est. Nunc restat, ut de Nearchi nauigatione ab ostijs Indi fluminis per Oceanum, usq; in sinū Persicum (quem alij Mare Rubrū appellat) ediscerā. Scribit Nearchus, fuisse Alexandro desideriū enauigādi Oceani, quantum ab India

dia in Perside paret: sed deterritū nauigatio-
 nis longinquitate, tum ne in terrā desertā aq;
 inculta, aut in oras importuosas incidens, exer-
 citum aut classem amitteret: ne quā forte teme-
 rario ausu accepta calamitas, omnem gloriā
 ac fœlicitatem suam foedaret. Verum cum esset
 īcertus, quem nam potissimū ex omnibus le-
 geret, qui cogitata sua implere posset: scribit
 Nearchus, eum à se quasisse, quem nā sibi tan-
 ze rei ducem proponeret. alios quasi periculi
 metuentes, quosdam ueluti molli & effracto
 animo, non nullos uero tanquam patrie deside-
 rio commotos accusantem: seq; in id operam
 suam pollēcitionem. Alexandrum primo nega-
 se: sed cognito eius studio, sibi classem deman-
 dassē. Itaque tunc maiore diligentia apparari
 ceperat, que ad nauigationem pertinere pu-
 tabantur. Nauta quoque quietiore animo
 erant, quod sibi persuasum habebant, Ale-
 xandrum se non temere in discriminem missurū.
 Ad hac splendor multus apparatus, & na-
 uis ornatus, studiaq; eorum qui triremibus
 præposui erant, omnium animos (si qui erant
 timidiiores) in spem erigebant. Multum præ-
 terea metus sustulerat Alexandri ultra flu-
 minis ostia nauigatio: quodque Neptuno ac
 ceteris diis hostiac mactasset, uti prosperè ac
 feliciter nauigatio eueniret, perpetua quoque
 Alexandri & continua felicitas, fiduciam

augebat, quod nihil eius auspicio ductuq; fine stra tentari posse videbatur. Praterea Etesiarum tempestate cessante, qui uenii per astarem in ijs Oceanis oris maria cōcitare solui, nauigationem impeditiunt: Nearchus inde eum classe discessit, Cephisodoro Athenis suam respub. administrante, x x. die mensis quem Boēdromionem Athenienses uocant: ut Macedones & Asiae tempora cōputant, regi i. Ale xandri anno undecimo. Sacrificauit autem ex Nearchus, antequam discederet, Ioni seruatori, ludosq; edidit & ipse gymnicos, quo die primū nauigare coepit, ad amplissimū quendā riuum delatus, cui Stura nomine: ab eo loco uide disceratas stadia circiter centum ibiq; cum classe bidentum permansit. Tertio die cum inde mouisset, ad alium riuum (Caumana uocant) deuenitus est, triginta stadia priore remotum, in qua iam marinam salsedinem gustata aqua referebat. Mare enī introrsus accedit, cum se ēstus ingredit. Inde ad x x. stadia progressus, apud Coreatim (sic locum appellare) intra amnē constituit. Inde mouens, cum paululum proceſſisset, uisi sunt ad exitum annis & albescentes fluctus repercuſis litoribus, & elise spuma: perductaq; fossa stadiorum quinque, quā terra foſſione facilior videbatur, naues eō induxit, cum primū maris ēstus ructi in amnum coepit. Hinc c. & L. stadia proſectus, in insula Crocale

Crocalis subſiliit, ibi q; ſequentem diem exegit:
 huic insule uicini ſuui populi, quos Arrhabes
 uocauit: ex ipſi gens Indica, de quibus ſuperio-
 ribus libris mentionem fecimus. uq; à flumine
 Arrhabio ita denominati, qui amnis horum
 fines ab Oris arum finibus diuidit. Ex Crocalis
 digressus, ire pergit. ab dextramons Irus erat:
 à laua, insula quam Haliteenam nuncupant.
 bac ad littus extenta, angustum ſinuum officit:
 quo transmisso, in portum quendam tutum ac
 tranquillum uictum eft, quem Nearchus Ale-
 xandri portum nominari uoluit. Contra por-
 tus fauces insula quedam ſita eft, non plus duo
 ſtadia à portu remata, cui nonen Bibacta eft.
 adiacens regio Sangada appellatur. Hac in-
 ſula mari opposita, ſuapie natura portum ef-
 ficit. Sed ea loca uentus ex Oceano uichimēns
 ſubinde exagittabat. Itaque uerius Nearchus,
 ne qua Barbarorum manus collecta classem
 aggredetur, caſtris in continentis poſitis, ac
 circummunitis, quatuor & x x. dies moratus
 eft. interim marinos mures, atq; oſtrea legere
 ſolitos refert, miranda magnitudinis, præ ijs
 qua in noſtro mari naſcuntur: aquā uermiſal-
 ſedine corruptam epoſaffe. Poſtquam uenti con-
 quietuere, cum claſſe digreſſus, ac l. x. fermē
 ſtadia proſectus, in ſabulosum littus appulit.
 Erat littori preuenta insula quedam deſeria,
 Domes appellant: qua obiectu ſuo portum

B 4 facieb

faciebat. Ad hanc recepta classe, biduo fletit:
 aqua nulla potabilis in littore erat. Profecti
 itaq; in continentem ad x x. stadia dulcem re-
 pererūt. Postridie c. c. stadia emensi, Saran-
 ga ea regio appellabatur, classem littori appli-
 cuit: sed aqua à littore ad octo fermè stadia
 aberat. Digrediens inde Nearchus, ad Saca-
 lasim locum incultū peruenit. Deinde prateri-
 eis duobus scopulis, usqueadèò inter se coniun-
 ctis, ut nauium corpora utring; cautes stringe-
 rent, c. c. fermè stadia emensis, in Moronto-
 baris constituit. Ibi portus est ingens, in orbem
 situs, ac profundus, à maris tempestate tenuis,
 ceterū angustis fauibus. Hunc indigenæ Fœ-
 minarū portum appellant, à muliere, que pri-
 mum in his locis regnauit, denominatū. In ma-
 gnam uero iactationem clas̄is incidit, prateri-
 eis scopulis, antequam in portum peruenitur:
 sed scopulos circumlegere nimis durū uideba-
 tur. Postero die inde abiens, insulam quandam
 à sinistra pelago obiectam, nactus est: uerum
 ita propinquam littori, ut interiectum mare,
 non maris, sed fossæ potius speciem præsefer-
 ret. Eo die ad l. x. stadia nauigatum. erat in
 eo littore sylva, arboribus densa ac frequens:
 insula quoque, ex ipsa opaca. Sub lucem
 abiens, per angustias quasdam nauigabat.
 namq; maris aestus magnā partem in sicco relī-
 querat. Inde mēsis c. ex x x. stadijs, ad Araby

bū fluminis ostia constituit. Porus circa hunc
 magnus ac tutus erat: ceterum aqua ob hoc
 amarior, quod per ostia sese ingens mare illā
 cōraminat. itaq; ad L. X. stadia aduerso amne
 profecti, lacum dulcis haustus inuenere: indeq;
 assump̄ta aqua, ad insulā reuerti sunt. Insula,
 quā ad portum uergit, eminens est ac uasta: sed
 circa eam ostium atq; omnis generis piscium
 īgens copia, quibus se pescantes refouerunt.
 Hoc flumine India terminatur, has oras ex-
 tremi Indorum habitant. ulteriora proximā
 Oritae tenent. Ab ostio Arabij digressus
 Nearchus, Oritarum oras praternauigans, Pa-
 galis substituit: cum quidem ad C. C. stadia sub
 asperam rupem, non sine nauium iactatione,
 nauigasset. Sequenti die ubi illuxit, inde digre-
 diens, cum ad C. C. C. stadia nauigasset in Baca-
 na peruenit. Et quia littus eminentius ac so-
 pulosius erat, hoc longius à terra iaci ancoras
 iussit. Dumq; eò nauigat, magna uiuentorum
 subito coorta, cum uexaretur in alto clastic,
 naues tres desiderata sunt. nemo tamen eorum
 qui inuicem habebantur (quoniam haud procul à
 littore nauigabant) interiit. Digressus inde
 circiter secundam noctis uigiliam, C. C. ferēsta
 dys enauigatis, Comalam delatus est. Ciamq; na-
 ues ibidem conficitarentur concitato mari, ex-
 positis in terram milieibus castramentatus est.
 qui lōga nauigationis tedium fatigati, requiesce-

re aliquantum cupiebant. Ne uero Barbari in se impetum facere ex improviso possent, castra nullo circundebit. In hoc Leonnatus, cui Alexander Orientarum res mandauerat, magno prelio Orientis uicit, casis sex milibus, cum coru duobus: de exercitu eius non plus x vaequitibus, peditibus quoq; nō multis, et in his Apollophane Gedrosorum praefide. Sed hæc à nobis superioribus libris enarrata sunt: ex præter hoc, Leonnatum aurea corona ab Alexandre donation. Interea frumentum, uti Alexander mandauerat, à Leonnato in classem diuisum est. Refectis hoc loco nauibus, quas mari tempestas quassauerat, decemq; dierum cibariis imposuit, ex nauis (si quos maris eadebat) apud Leonnatum relictis: ex ijs qui cum Leonnato erant, nautilium numerum suppleuit. Mora inde classe, quingenta ferè stadia progressa, ex ad flumianum quicun Themerion vocant delare, ibidem classem statuit. Erat inixa exitum amnis stagnum circa litus, habitabant incola in exiguis quibusdam engurys: qui nisi classe, ne poteret re insolita ex noua, obstupuere, seq; ad litus gregatione contulerunt, ueluti pugnaturi, dum milites è nauibus egredierentur. Lanceas manu gerebant, sex ferè cubitorū, nulla cuspide praefixa: sed tantum praecutias, igneq; duratas. Erant enim circuer sexcenti, quos Nearchus ut uide

die in aciem constare, classem litoris intra teli
iactum appellat imperat, atq; in Barbaros sa-
gittas muti. namq; Barbarorum lancea pro-
pe erat crassitudinem ex longinquo haud habiles
erant. Tum ex militibus nandi peritos, ac lenti-
ter armatos, ad litus nando iubet contendere:
quiq; prius in solituina erat, adhuc in aqua
stans socium expectet, qui cum se iungat: nec
prius in Barbaros imperium facia, quam tota
phalanx triplici acie instructa sit. Quo factor,
eum ingenti clamore atq; impetu Barbaros
petant. At Barbari simulac uiderunt, & quod
è nauibus descenderant in seire, & è classe
procul sagittis configi, armorum splendore ex-
terriri, cum quidem ipsi inermes essent, confe-
stim in fugam uertorunt. Aliquot in ipsa fu-
ga cœsi, nonnulli capri, catari in montes proxi-
mos diffugerunt. Erant capimis unguis praec-
uti, ac duri, quibus pro ferro uiebantur: his pa-
fces occidebant, mollia ligna secabant, duriora
nerò lapidibus cadebant. neq; enim apud eos
nullus est ferri usus. Ferarum pelles ipsis pro uelti-
bus sunt. alijs grandium piscium densiores pelles.
per catera hirsutis, atq; horridi sunt. Eugeatis
Barbaris. Nearchus classem subduci, quassa-
tasq; naues reparari iussit: diebus quinq; quicci
datus, sexto die inde mouit. Cumq; ad c. c. c.
stadia processisset, in extremos Orinarum fi-
nes peruenit. Malanam cum locum indigena
noscant,

vocant, Orita procul à mari mediterraneo loca incolunt, uestitu armisq; Indicis uenient. Caterum linguam aliam arq; alios mores habent. Eiusdem est Nearchus hac navigatione primum ab Indi fluminis ostio, per Irrhabiorum oras, stadia mille: per Oritarū, M D C. Plura Oritas, scribit Nearchus non esse Indos, nec umbras eodem modo ferri; sed ubi introrsus in mare processerant, ipsas easdem umbras in meridiem conuertas uideri. cumq; diei medium sol obtinet, umbras in his locis nullas iacere. De stellis quoq; quoerunt prius altiores videbantur, aliis quidem penitus euancescere, alias terra propiores occidere: statimq; exoriri uisus illas, scilicet qua ante a semper apparebant. Et hac quidem nō temere Nearchus mihi uidetur scripsisse, nam ex Syene urbe Aegyptia, cum sol aestate tropicus est, putens in meridiem sine umbra ostenditur In Meroc quoq; eodem tempore umbra perpendicularis sunt. Consentaneū quinque ratione est, ex Indis ad meridiem uersis eadem illa accidere, presertim in mari Indico, quo magis id mare in meridiem inclinat. Sed hac haec tenus. Post Oritas uersus mediterranea Gedrosi habitant, quorum fines difficulter cun exercitu Alexander pertransire: pluraq; incommoda passus est, quam in tota reliqua expeditione Indica. Infra Gedrosos loca marinae accolunt iij quos Ichthyophagos vocant.

hi

hū pīscibus uiuunt. Eorum oras cum classe le-
 gens Nearchus, cum stadia D. C. processisset,
 Bagisaram peruenit. Portus in ijs locis erat
 ad receptum classis commodus: pagusq; Pas-
 ra, l. x. stadiis à mari remotus. Postridie eius-
 dei rupem quandam: altam atq; praeeruptam,
 longe q; in mare prominentem cum classe pre-
 teriectus est: defossisq; puteis, multam quidem
 aquam, ceterum saltam nactus est. Et eo qui-
 dem die in ancoris classis stetit, quoniam ad
 littus accedi non poterat. altero die in Colcas
 accessit, stadia ducenta emensus. Inde sequenti
 die mouens, cum D. C. stadia prosectorum esset, in
 calmis constituit: qui pagus littori vicinus erat.
 ex in eo palme aliquot cum cariois inventa-
 sibet de à littore ad c. ferè stadia insula
 quadam: nomine Carnina, eius pagi incola
 Nearcho munierū pīscēs ac oues attulerunt,
 quarion carnes. ait Nearchus sapore ab au-
 bus marinis non differre. nam ex ipse pecudes
 pīscibus aluntur, cum gramina nulla ea regia
 ferat. Ea quē secutus est die, cum ad c. c. stadia
 navigasset, classem ad littus egit. Pagus à ma-
 ri ad trīginta ferè stadia aberat, Cysam. uo-
 cant: littus adiectum, Carbim. Hoc loco parua
 quedam nauicula pīscatorie repertæ sunt, sed
 pīscatores nulli. Nam simulac conspexerunt ad
 littus adigi, destitutis nauibus, fugam arripue-
 runt. Erant in nulla copia erat; idq; iam classis
 decessit.

dcessē inceperat. Itaque dīreptis pecore, atque
in naues insposito, inde abiit: a circumiectus
promontoriam altum ac confragosum, ad c.
et l. stadia in mare porrectum, in portum
quendam tutum (*Biosarnam appellabant*):
dūuenit. Hinc scribit Nearchus, sumptron à se
navigationis in Carmaniam ducem Hydrā-
cem Gedrosum, operans suam pollicentem.
Quae inter hunc locum ac sinum Persicunt in-
teriacent; non sunt cursu tam diffidiora,
quam priora: ac cerei celebriora ijs oris,
quas ab Indis ieceli praterierant. Inde disce-
dens Nearchus cum classe, d. c. c. et l. sta-
diis ēmensis. Balomum littus renuit. Exinde in
pagum (*Barna vocant*) stadia abinde c c c c.
progressus est: in quo frequentes palmae et
hortuli, in quibz myrtos natae erant, mariq; flo-
res: ex quibus rustici sibi seria facere sole-
bant. Hoc primum in laco et cultae arbores,
et homines à fructuare aliquato remotores, co-
specti sunt. Deinde c. c. stadia ulterius pro-
fectas, in Dendrobosam peruenit. Cum autem
mare esset undosius, in ancoris iactabamur:
atque hinc secunda noctis uigilia mruens, ad
portum quem Cophanem nominant, perue-
nit: c c c c. stadia à Dendrobosa. Hic et
piscatores inhabitant, paruis uententes nauibus:
non agunt naues Gr̄ecorum more, remo ad
scalmū applicato: sed safforibus similes, aquas-
hinc

hinc atq; inde diuerberat. ibi⁹; nis multa aque
 pura ac dulcis inuenit a est. Inde post primam
 noctis vigiliam digrediens, Cyza adiit, cum ad
 DCCC. stadii nauigasset (erat id littus incul-
 tum ac desertū, & ante ipsum scopulus in ma-
 ri eminens.) Itaq; iactis ancoris, ibidē in classe
 coenauerunt. Inde enauigatis stadijs D. peruen-
 tum est ad parum quoddam oppidum in colle
 situm, h[ab]aud procul à littore. Quo uiso Near-
 chus circumiectos agros (quod uerisimile erat)
 colebat. Archie Pellecō locū improviso oc-
 cupandum inquit: quod putabat oppidanos no-
 nisi coactos, frumentum & ceteros commea-
 tus præbituros esse. repente in autem prælio non
 uideri capi posse, obsidione ac mōra opus esse.
 at iam frumenta deficere: existimare se ex stu-
 pulis procul uisis, regionem illam frugiferam
 esse. Cuius consilium cum Archias comproba-
 ret, ceteras quidem naues expediri imperat, ne-
 luci institutum cursum persecuturas: negotiūq;
 Archie dato, ipse cum una modò nani à
 reliqua classe digressus, ad oppidum accedit.
 Appropinquanti incolæ præter spem, uelu-
 ti amici, cian muneribus, thynnis uidelicet af-
 sis, occurruunt. Hi uero & cheiophagorion ult-
 imi, ijs quos primum inuenere moribus & ni-
 tri similes nisi, caricas quoq; & alios matu-
 ros fructus exhibuerunt. Quibus benignè acce-
 pris, cum Nearchus se uelle diceret urbem inui-
 sere,

fere, eius rei potestate facta, oppidum ingressus
 est. Ac primo ingressu, portulam duobus fidis
 sagittariis custodiendam dat: ipse cum duobus
 sociis modo, atq; uno interprete ascensis moen-
 bus. Archiam signo edico aduocat. Quin uiso
 confessim Archies classem urbi admouet: Ma-
 gistratus, haud morata, in mare, profiliunt. Quod
 cum Barbaris animaduerterent, ex animati, ar-
 ma sumere conantur. Si cum interpres, quem
 cion. Nearcho introisse diximus, clamitans di-
 ceret, frumentum classi dari oponere, si saluum
 oppidum uellent: negare illi primo, sibi frumen-
 ti copiam esse: deinde murū inuadere, uti Near-
 chium cum sociis expellant. Ceterum sagittis
 superne petui, retrocesserunt. Postquam uero
 agnouerunt, urbem seruari non posse, subeun-
 iam muros nauali exercitu, ad preces conuersi,
 Nearchum orare incipiunt, ut omni frumento
 quod in urbe esset acceptio, sibi urbiq; parceret.
 Quibus uerbis motus. Nearchus, Archia por-
 tas ac muros urbis occupare iusso, per urbē di-
 mittit qui frumenta conquirant, uide autq; ne
 ea oppidani celent. Farina multiam ex piscibus
 ab his contritis ostenderunt, tritici autem asque
 hordei parum, farina ex piscibus pro pane uti
 bantur, triticeo pane pro obsonio. Ex quibus
 parte accepta, Nearchus cum classe uicerius
 ire perrexit. Scenanigans, peruenit ad rupem
 quam Bagiam uocant, quam incole vulgaue-
 rant

rant Solis sacram. Atq; inde circiter secundam noctis vigiliam soluens, Talmenam adiye, porcum à uenit tution, ad M. stadia à Bagia longinuum. Inde in Canasim urbem desertam, stadia abhinc fermè cccccc. prouectus est: ubi patrem quendam manu factum repererunt, quem palma agrestes desuper nata contexerant: quarum cacuminibus, utpote tenerioribus, excisis, è quibus famem sustentarent, (iam enim classi frumentum defuerat) abierunt: ac iam fame laborantes, cum eo qui secutus est die ac nocte nauigassent Nearchus ante littus desertum naues in ancoris statui iussit: ueritus, ne si in terram descenderent, multi radio nauigationis classem destituerent. Inde soluens, cum ad septies centena et quinquagesies stadia nauigasset, iuxta montem quem Canatem nuncupant, noctem egit, stadijs deinde DCCCD. emensis in Taisos delatus est: ibi pagi quidam exigui ac deserti erant. ubi aliquantum caricarum, et camelos v. i. repererunt, quorum interfectorum carnis famem pepulerunt. Sub lucem Nearchus cum classe digressus, cccccc. inde stadia in Dagasira peruenit, quem locum pauci quidam pastores inhabitant. Deinde stadijs c. supra mille enauigatis, in fines Ichthyophagorum delatus est, in magna rerū necessariarum penuria. Erat in his locis promontorium, longe in mare extensum: unde et clas-

C sens

scim terre non admoneris ex in ancoris stare
iussit. Magnitudo ora Ichthyophagorum pau-
lo plus dena millia stadiorū complectitur. alun-
tur piscibus, unde ex nomen sortiti sunt: sed
pauci eorum pescantur rari enim sunt, qui aut
naues habeant, aut pescari sciant: pescum co-
piam maris recessus præbet. Aliqui eorum re-
tia habent, tanta magnitudine, ut ad stadios
duo pertendant: ea ex palmariis folijs sexunt,
quibus contortis pro lino utuntur. Piscium eos
qui sunt molliores, crudos, ita ut capiunt, man-
dant: maiores autem ex durioribus, in sole tor-
rent: deinde tostos conterunt, ex quibus uelutū
panem conficiunt. sunt qui ipsum puluerem tri-
ticea farina inspergant. Ea quoq; animalia,
qua cum his simul ususint, eodem cibo nueriun-
tur. Illamq; regio arida est, nec gramen ubi-
bon producit. Magnum etiam in his locis oan-
erorum, ostrarum, conchyliorum um capiunt.
Gignit ex ea regio suapre natura saltem, ex
quo oleum conficiunt. Alij soluidines incor-
bunt, nec arborem nec fructum ullum ferentes:
Ex his ex piscibus tantum uituntur. Alijs al-
iquantum agri sationalis est. hiq; friuentu ac-
bus condimento quodam utuntur: pisces pro-
pane sunt. Domos in hunc modum edificant.
qui paulò dñiores sunt, balenarum ossibus
grādioribus pro materia uenit, ex crassiori-
bus portas faciunt: cetera multundo è spinis
cornicis

corundem piscium sibi domos construunt. Cete pragrandia, arq; immensa magnitudine, ex alerius generis pisces multo maiores in Oceano, quam in nostro mari nascuntur. Scribit Nearchus, cum aliquando huiuscmodi monstorum præter nauigaret, iam am aquarum uim efflando in coelum eructasse, ut qui in manibus erant, attonitis similes consticerint, ignariq; nam tanta molis causa esset. Cumq; edicti fuissent à navigationis ducibus, hos pisces esse, remos è manibus præ metu excidisse: postmodum oratione confirmatos, insisse naues aduersis priors ueluti nauali certamine contra belluarum corpora inferre, atque ingenti strepitu remos impellere, paruoq; interuallo disiunctos nauigare. cumq; belluis appropinquarent, nociferatus quammaximos in coelum edere, tubaq; canere. Quod cum strenuè fecissent, cete, qua iam appropinquare nauibus uidebantur, ingenti fono strepituq; conterrita, se in profundummersisse acq; paulo post ex aquis emergente, atque undarum cumulos uomitantia, à puppibus conspecta. inde multiplicem plausum à nauticis copijs datum, uchemenierq; lundaram Nearchi prudentiam. Aliqua cum ad littus appelluntur, recedente aestu in uadis hascere: alia fluctis iactata, quasi naues tempestate uicta, in terram deferuntur: ex quibus puerfactis, ossa ad domos adificandis

C . 2 leg

legunt. Offa laterum grandiora pro tabulis sunt, minora pro asseribus, maxillarum ossibus pro portis utuntur: cum quidem multa eorum quinque et x. x. cubitos magnitudine excedant. Dum Ichthyophagorum Nearchus oras praeeruehit, cognovit insulam quandam in eo mari esse, c. fermè stadijs à littore distan-tem. hanc incultam, sacramq; soli indigenæ arbant. Nosalam nomine: nec à quoquā adi-ri quam si quis imprudens adeat, non amplius apparere. Sed et Nearchus auctor est, nauim quandam ē suis, qua Aegyptiū uehebantur, haud procul ab hac insula oculis omnium cre-pteram esse: affirmasseq; navigationis duces, Aegyptios ingressos, haud dubie euauisse: sc̄q; eum nauim unam cum mandatis. mittere uoluisse, quæ insulam obiens, amicos socios uoca-ret, descensu in insulam abstineret. Cumq; nemo proficiisci auderet, cō cōtendisse, ac nauitas com-pulisse uel inuitos nauem appellere: sc̄q; in eam descendisse, ut uana esse ostenderet, quæ de ea insula indigenæ uulgauerant. Alia quoq; hu-iuscemodi fabula de hac insula ferebatur, inco-luisse eam Nereidum unam (nomen ignotum) commusceri omnibus uiris solitam, qui nauem casu aliquo ad insulam appulissent: quos postea in pisces conuersos, in mare mittebat. solem ei ob hanc rem iratū, ex insula demigrare ius-sisse. non aduersari soli: sed rogasse, uti sibi in-sue

situs uoluptraris appetitus adimeretur. solem postulatis eius annuisse, ac deinde quos illa ueneficio in pisces uerterat, rursum ex piscibus in homines uertisse: à quibus Ichthyophagorū genus ortum, ad Alexandri tempora peruenisse. Ceterum ex his refellendis, que refellere facile erat, non multum laudis Nearcho tribendum puto. Supra Ichthyophagos Gadrosy in mediterraneis agunt, regione utiq; aspera et fabulosa. Quibus in locis, uti superioribus libris expositum est, Alexandri exercitus, ipseq; Alexander multa incommoda iniulit. Postquam uero ex Ichthyophagis in Carmaniam peruentum, ante promontorium quoddam ancoras iaci Nearchus iussit. nam ex promontorium praruptum, ex mare aliquantum commorum erat. Exinde sublatis ancoris soluens, non amplius ita directè ad occasum, sed inter occidentem ex septentrionem nauigare coepit, proris nauium aliquanto magis ad septentrionem spectantibus, ex ita Carmania arboribus fœcundior magisq; frugifera est quam Ichthyophagorum ex Oritarum regio, preterea ex aquis abundantior. Cumq; in eam partem, quā Padichorum uocant, peruenisset, ibi classem statuit: erant in eo loco uires, ceteraq; pomifera arbores, prater oleas. inde ad D C C E. stadia progressus, in latus desertum classem appulit. Inde erat cernere rupem ingentem in marea.

proutem, unius ferè dici (ut videbatur) nadi-
 gariane, quam locorum gnari Macetam ap-
 pellari aiebant. inde cinnamomum, & alia
 huiusmodi odoramenta in Assyrios aduchi.
 Ab eo littore, in quo classem iactare diximus,
 atque ab ea rupc, quam è regione videbant in
 mare protendi, quemadmodum Nearchus sen-
 tit, & ego existim, finus Perficus introrsus re-
 cedit, quem mare rubrum appellamus. Ad
 hoc promontorium Onesicritus classis gubernat-
 or nauigare iubebat: sed Nearchus uetus, non
 esse missam in ea maria ab Alexandro iecir-
 co classem, quod nō posset totum exercitum in-
 columnam traducere: sed quod considerari sole-
 bat, oras, stationes, portus, atque insulas, que in
 his locis extarent: sinusq; & oppida maritima
 explorari, que sit regio ferilis, que sterilis: non
 debere eos mandata regis praecire, appropin-
 quante maxime laborum fine, ac necessaria-
 rum copia suppetere. timendum esse, quod pro-
 montorium illud in meridiem tenderet, ne qua
 in terram desertam & aquarum indigam, a no-
 sole exustam incideretur. Nearcho omnes as-
 sensi sunt: quo consilio mihi uidetur classem fer-
 uasse, namq; eam rupem, ut loca circumiecta,
 aquarum penuria laborare, uastasq; solitudi-
 nes circumiectas, fama est. Inde igitur soluta
 classe, non procul à terra nauigans, cum ad sta-
 dia D C C. progressus esset, Neopteranum per-
 venie

venit : atque inde c. stadia emensis, ad Aeneum fluminum (regio Armozia vocabatur, cultura iam ex omnium fructuum praterquam oleae ferax) peruenit. Hic in terram egressi, cupidè requiescebant à laboribus, quos mulcos in mari ad ea loca nauigando adierant. Cumq; eorum aliquot aliquanto procul à littore secesserent, uti ea loca quò uenerant explorarent, repertus est ab his homo Graco habiu, lingua Graca : ad cuius conspectum illacrymatos ferunt, quod tot periculus ex laboribus defuncti, hominem in his locis Gracion, uocemq; Graciam tum prium audirent. Qui interrogatus quis'nam esset, unde accederet, sè Gracum hominem ab Alexandri castris, qua haud procul abessere, aberrasse respondit. Quo audito, confestim incredibili letitia ex clamore ad Nearchum perductus est. Ex eo cognitum, non plus dierum quinque iter à mari regia castra remota esse. Ab eodem preses ab Alexandro ei regioni propositus, ad Nearchum adductus : quem ubi Nearchus allocutus est, adeundi regis consiliorum cepit. Post hec ad classem reuersus, postridie mane naues subduci imperat, ut longa nauigatione quassata reficiantur, ex naualium copiarum partem in tuo relinquat, fossam præterea, ex duplaci aggerem à fluminis ripa ad litus perducat, ex luceo muro circummutat.

C + Dm

Dum à Nearcho hac aguntur, regionis præses
gratum se facturum Alexandro sciens, si ei de-
classis aduentu suspenso, in columnis aduenisse
nunciatet, & Nearchum ad se compositis re-
bus profecturum: confessim quā breuius iter
erat, id regi nunciatum misit. Et quamvis Alex-
ander non satis fidei nuncio haberet, sicut
mam tamen latitiam ex eo cepit. Postquam
alius atque alius dies transiit, consideranti sibi
diem quo nuncius ad se profectus erat, non iam
amplius id credibile uidebatur. namq; alij post
alios nuncij à se ad Nearchum missi, nihil de
Nearcho renunciatum redierant. Itaque ho-
minem tanquam mendacem comprehensum,
in custodiam tradi imperat: haud dissimulata
tristitia, quā ex falso (ut existimat) num-
cio concepisse uidebatur. Interim qui ad Near-
chum à Rege missi fuerant, cum equis & uehi-
culis, Nearcho & Archiae ceterisq; comiti-
bus aduentibus obniuam facti sunt. nec ta-
men primo conspectu illos agnouerunt, adeò im-
mutata facie uidebantur, capillo ac barba
promissa, macilenti, squalidi, ac pallore confe-
cti. Interrogans Nearcho, & ceteris, ubinam
esset Alexander responderunt, locum demon-
strantes, & nihilominus iter suum ad mare
persequebantur. Cumq; pergerent, conuersi
ad Nearchum Archias hos homines (inquit)
existimare, ad se inquirendos ab Alexander
missi

missa et maxime conjectura, quod hi eadem
via, quam ipsi uenerant, proficisciabantur. Nec
mirandum esse, si ab eis agniti non sint, pro-
pter squalorem atque illuuiem: reuocandos, at-
que interrogandos esse quo uadant. Qui reuoca-
ti; cum se ad Nearchum proficisci ab Alexan-
dro respondissent: ait Nearchus, habere illos
quos quercent, se Nearchum esse: itaque sibi
iuineris duces in castra ad Regem essent. Qui
mero quodam gaudio affecti, ijs in uochicula
exceptis, ad Regem proinuis reuerteruntur. Qui-
dam in castra ad Regem praecurrunt: qui cum
Nearchum et Archiam cum quinque modo
comitis adesse nunciassent, ceterum de classe
se nihil scire dicerent, ne classis his paucis ser-
uatis perisset, in suspicionem incidit. Quapro-
pter non tantum laetitia ex incolore Nearchi
et Archie reditu, quantum doloris ex opi-
natio classis interitu cepit. Nec dum hic sermo
desierat, cum Nearchus et ceteri apparere
coeperunt. Quos eum Alexander uideret ad se
ire, tam misérabilioris ac totius corporis ha-
bitu: hoc magis uera esse existimauit, que de
classe amissa sibi ipse persuaserat. Propiores
deinde factos, humanissime complexus. Near-
chum seorsum abducit. cumq; obortis praedes-
serio suorum lacrymis, aliquandiu silere per-
rexisset, tandem respirans ait: Post quam et ipse
et Archias sani reuerterentur, minus mali esser-

cō sed

sed seire se cupere, quoniam modo classis ac nat-
nalis exercitus perijset. Tum Nearchus, cogni-
ta doloris causa: Rex (inquit) ex classis, ex
nauis exercitus, tibi salvi sunt. Quo, audito,
magis propter insperata rem effusis lacrymis,
ubi naues essent percontatus est. Cui cum Near-
chus, ad Anatolim flumen, ibi reparari, respon-
disset: per Iouem Graecorum (dixit.) ex Am-
monem Lybicum, se magis seruatae classis num-
cio, quam rotius Asia imperio gaudere. eam
namque calamitatem, omnem sibi felicitatis
sue fructum ablaturam fuisse. Tum prouincia
prafes, qui falsa nuntiasset de Nearcho creda-
tus, in custodiam traditus fuerat a Rege, di-
missus est. Post hac Alexander Ioui seruato-
ri, sive Herculi, Apollini malorum depulsori,
Neptunoq; ac caeteris dys qui mari praesunt:
Iudosq; gymnicos ac musicos edidit, pompaq;
induxit. Imprimis autem Nearchus omnibus
spectabilis incedebat, scris ac floribus ab omni
exercitu in eum coniectis. Perfectis Iudis Ale-
xander Nearchan alloquitur: ait enim, Sta-
tuisse se alio non summittere, qui classem susas-
perducatur: uelle illius laboris ac periculo parce-
re. Ad quem Nearchus parvum se esse, qui
eius imperio obsequatur: atque ita fieri opor-
tere. Caeterum si voluntati sua morem gerere no-
luerit, hanc sibi prouinciam eripi non passu-
sum: neque aliij gloriam suam, quam iam propè
par-

partim haberet traditionem. Adhuc loquenterem, tacere, ac bono animo esse Rex iubet: non ignorare sc̄ profissus, quantum ei deberet. Itaq; cum ad naues remittit, dabo modico (tanquam per pacationē ex amitam gentem) praesidio. Ceterum ex hoc iter ad naues, non absq; labore & discrimine ab eo confectum est. Barbari enim quos uel spes præde, uel meritis conuocant rat, muriciora loca Carmaniae regionis tenebant. nam satrapes eorum Alexandri mandato interficti fuerat: Ile polemisi autem, qui in demortuā locum successerat, nōdum satis obsequentes imperio suo Carmanos habebat: iūq; sepius eodē die Gracos inuaserat, alijs ac mox alijs Barbaris se se inferentibus. atq; ira cum labore ac periculo ad classem iādem peruenient. Ebi Nearchus Ioui seruatori sacrificio facto, certamen gymnicum exhibuit. Post hec deduxit classē, inde soluit. transmissaq; insula quādā breui, & inculta, nomine Organa: in aliam insulam minorem, cultamq; (Oaractam uocant) peruenit; c c c stadia ab eo loco unde moneras emensus. Vites in ea plurime ac palma erat, & uarij fructus. lōgitudo stadia DCCC. caput: eiusq; insula regulus Amazones. Susas usq; tū Nearcho nauigauit, sicq; ducē eius nauigationis exhibuit. In hac insula aiebat sepulcrū ciue extare, qui primus imperium insule tenuisset: Rubro nomen fuit, à cuius nomine mare illud

illud Rubrum appellatum. Ex eo loco ad c. c.
stadia Nearchus cum classe progressus, in aliam
eiusdem insula stationem deuenit. Vnde alia
quædam insula prospectabatur, quadragena
summum stadia ab hac remota: que Neptuno
sacra, et inaccessibilis esse ferebatur. Sub au-
rorâ inde abiit. Sed cum se aestus uehemens in
Oceanum refudisset, tres nanes, que terra pro-
pinquiores erant, in uado hædere, ceteris diffi-
cultur inde extractis. Itaq; postea aliore ma-
ri nauigare, classemq; fistere perrexerunt. Ce-
terum paulo post ingerente se rursum estu, tres
ille que uadis hæderant, et ipsæ deductæ, ad
ceteram sese classem contulerunt: que x l. sta-
dijs emensis, in alia insula, c. c. c. stadijs à con-
tinente remota, substantiæ. Inde relicta ab leua
insula quadam deserta, ad Pyloram insulam
delatus est. in ea exiguum oppidum Dodonem
appellabant: in quo nullius rei præterquam
aqua et piscium copia erat. nam et hi quoq;
oppidani, ob inopiam ceterarum frugum pisces
bus aluntur. Nanq; soli natura sterilis erat, ac
nullius frugis ferax. Exinde c. c. c. stadijs ena-
uigatis, peruenientem est ad promontorium longe
in mare porrectum. Soluta inde classe, Near-
chus littori propinquam insulam inculam Ca-
ream, quam Mercurio ac Veneri dedicatam
ferebant, adiit, c. c. c. stadijs confectis. In hanc
insulam autem annis singulis à vicinis populis
oues

Oves & capras Mercurio ac Veneri consecratae, transmiti: easdem postea diurnitate temporis ac solitudine efferatas, hominum conspectum effugere. Ad hunc usque locum Carmanni tenent: quae deinceps sunt, Persae habem. Longitudo Carmane ora, stadia D C C. supra tria millia continet. Vivunt Carmani Persarum more: nam Persidi finitimi sunt, iisdemq; armis in bello utuntur. Soluta inde classe Nearchus oram Persidis prateruectus, ad Caicandrum insulam, x L. stadia nauigavit, ubi insula brevis opposita portum efficit. Inde in insulam cultam deuenit, in qua marginatas reperiit, quemadmodum in mari Indico, Nearchus scribit. Eius insulae promontorio emenso, ad L. abinde stadia statio classi reperita est. Inde ad montem excelsum (Ochus non men erat) accessit: et in eo portus immobilis, quem pescatores habitant. Exinde in Apostanis uectus est, c c c c. et L. stadiis confectis. Nausicula complures ibidem erant. Supralitus uero ad L x. stadia pagus: hinc et in sumum multis uicis celebrem itum est, stadiis c c c c. decursis: classis ad latus montis, qua parte ad planiciem declinabat, constituta est. In eo et palmae multa creuerant, et alia que cunque pomorum genera nascuntur. Inde in regionem exultam, stadia maxime D C. profecta classe, ad exitum exigni fluminis (Oreou nomen

women erat.) accessu difficultis in amnem ingratis fuit. nam maris astus os eius coartauerat. Inde mouens Nearchus, cum stadia circiter D C C C . nauigasset, ad stracion amnem delatus, in ipso flumine classem continuo. Sed neque huius amnis ingressus facilitis fuit. Omnis hac nauigatio per Persidem, loca plurimam uadofa ac palustria sunt. Hoc loco Nearchus reperit magnum frumenti numerum; Alexandri iussu coniectum ibi dies unus supra x x. ad quietem nauigantiam consumpsus: subductis interim ac refectis omnibus, qua salo quassata fuerant. Inde deducta solutaq; classe, D C C . ex L. stadia emensio, ad Hieracim appedium pertinet, classemq; ad riuum à flumine, cui nomine erat Heraclis, perduxit. Postridie sub lucem discendens, ad amnem quem Padagrum nominant, peruenit. Circa hunc locum hortuli irrigui, atque omnis generis pomae erant: locū Mesambrian appellabant, peninsule formam obincidentem. Et Mesambria digressus, cum c. c. stadia consecfet, m. Taornum ad Granidem flumen classem auertit. Supra fluminis ostium ad c. c. stadiis in mediterraneis, sita sunt Persariorum regum palaria. Refert Nearchus, se in hac nauigatione balanam uidisse, maris tempestate in terram eiectam: quam quid emensi sunt, L. cubicorum esse retulerunt: pellent squamosam, unius cuius crassitudine: ex in ea ostrea, atque alia huic

hūusmodi, tanquam in scopulo innata. Delphines plerosque circa eam uisos, longe maiores ijs qui in nostro mari uersantur. Ab hoc flumine ad C. C. stadia ulterius progressus, ad Rhagonim amnum cursum tenuit. Inde ad L. stadii nauigando ad Brizanam flumen: ubi difficulter classem propter uada et scopulos, marisq; fluctuationē habuit, flumen inuestitum: eum recedente astu in uado hafisset, mox recipiente astu evasit. Indeq; ad Amosim peruenit, fluminum omnium maximum, ut Nearchus ait, quos in tota hac nauigatione Oceanum illabi uiderit. Ad hunc usque amnum Persae tenent. Ulterius Susy incolunt, hi propriis et suis legibus uimunt. Qui supra eos in mediterraneis habitant, Vxij uocantur, quos superioribus libris latrones esse diximus. Vniversa Persarum ora quatuor millia et c. c. c. stadia conficit. Persidis regionem tripliciter diuidi fama est. nam que pars eius ad mare Rubrum respicit, arenosa est, et sterilis, propter immodosos calores: que in septentrionem uergit, temperata et frugifera est. praea in ea multa, irrigua, uites, et ceterarum culicarum arborum genera, praeter oleas: item que horribili amoenaissimi, omni pomiferarion arborum genere confitit summa preceret, lacus que purissimi: aucts
 quoq;

quoque; quacunque circa annes lacuq; uera
sanctur. equorum quoque, ex ceterorum iumento-
rum pascuis ex menatis apriſima hæc re-
gio est. Ea uero pars que ad septentrionem ex-
ponit, nivalis ac frigida est. Ait Nearchus, le-
gatos quosdam ab Euxino ponta uenientes,
breuiore quadam uia profectos, sibi obuiam in
Perside factos esse. Idq; permirum Alexander
uisione, breuitate itineris cognita. Susys
Uxios finitimos esse, quemadmodum Mardos
Persis, et Cossacos Medis iam diximus: quas
omnes gentes Alexander per hyemem do-
muit, que omni tempore se adiri non posse exi-
stimabant. urbisq; ibidem conditis, ex pasto-
ribus aratores fecit, ut haberent unde ex ipſi
eimerent, neque amplius sibi iniucem latroci-
nando obcessent. Nearchus post hæc, solita classe
Superiorum oras sulcara coepit (ceterum que se-
quuntur, non ita affirmat, ut affirmanda ui-
debantur. narrat modò stationes ac portus in-
uentos, tum nauigationis magnitudinem: oram
esse ex magna parte uadofam, cum plerisque
promontorys: eandem esse nauigantibus pericu-
losam, atq; incomodam) assumpta in naues ex
eo flumine quinq; dierū aqua. aiebant enim na-
uigationis duces, non reperiri aquā ad magnū
terrarum spatium. Cum ad D. stadia proceſſiſ-
sente, ad Cataderbim lacum piscoſum prorūs
auerti inſit: à quo lacu parua quadam insula,
quam

quam Margastanam vocant, sita erat. Exinde sub lucem mouens, per uada ferri coepit, inter quae uix singulae naues transire poterant. Uada ex palis hinc atque hinc affixis agnoscabantur: non secus atque apud Isthmon inter Leucadem atque Acarnaniam signa quedam exposita sunt, ne naues in uada incident. Sed apud Leucadem uada sabulosa sunt, nauesq; inde facile euelli possunt. uerum hic limus est tenax, ac profundus, quapropter impactas naues extrahere difficile erat: neque enim in alto ac tenaci limo conti, quibus niterentur, quicquam proderant: exilire è nauis frigida erat, quoniam subsidens limus hominem pectore tenus suppressebat. Per hunc modum stadijs D C: difficulter enauigatis, nusquam è nauibus discensum est. Noctu deinde nauigans Nearchus, et sequenti die usque ad uesperam, stadijs D C F. C C. confectis, ad Euphratis fluminis ostium deuenctus est, iuxta pagum quemdam Babyloniorū, cui nomen Dridotis: quemquidem in locum negotiatores ihura, et alia huiuscmodi odoramenta, qua Arabia pignit, deferunt. Ab ostio Euphratis, ait Nearchus, usque Babylonem tria millia et C C C. stadia contineri: hoc loco Nearcho nunciatum est, Alexandrum cum exercitu susus petere. Itaque aliquantum retro nauigauit, Pafitigrum versus, ut aduerso flumine nauigans

D:

Ale:

Alexandro coniungeretur. Oram relegens, à
luna Susios habebat : lacumq; in quem Tigris
annis decurrit: qui ex Armenia fluens iuxta
Ninum, magnam olim & opulentam urbem,
inseriatam regionem suam & Euphratus fa-
cit: que ob hanc causam Mesopotamia nomi-
natur. Is lacus ab ipso flumine d. c. stadijs
abest. Ibi est Susiorum pagus, quem Aginii
uocant. Ipsa autem urbs inde distat stadia
propè d. Susiorum ora usque ad Pasitigrus
ostia ad duorum stadiorum millia porrigitur.
Ex Pasitigri Nearchus cum classe aduerso flu-
mine ferebatur, per regionem celebrem ferti-
lemq;. Cumq; ad c. & L. stadia peruenisset, con-
stitit, donec ad se redirent, quos regem quesiti-
cum miserat. Interea dijs gratius agens pro re-
ducta classe, certamina constituit, nauibus
copijs in Leitiam effusis. Postquam nunciatum
est Alexandru appropinquare, & ipse quoq;
aduerso flumine classem subigi, uti Regio occur-
reret, iussit, ibi q; subditit : ubi paratas naues
Alexandri reperit, quibus Susas exercitum
traducere constituerat. Quicq; ubi Rex profectus
est, incredibili gaudio & gratulatione uiri que
exercitus coniuncti sunt. Deinde Alexander
pro saluis nauibus sacrificio facto, uarij gene-
ris ludos exhibuit : & magna quidem erga
Nearchum omnium charitas apparuit. quo-
quò per castra ibat, uarijs floribus insperge-
batur

batur. Post hac Alexander Nearchan ac Leonnatum corona aurea donauit, quam de Oritis ex alijs Barbaris, Oritarum socijs, adeptus fuerat. Per hunc modum exercitus reductus est, quem cum classe ab hostio Indi fluminis mouisse diximus. Quae uero ab dextra maris Rubri ultra Babyloniorum terminos sita sunt, ea ut plurimum Arabes tenent, pertincentq; ad mare Phoenicia, ac Syria Palaestina. Ceterum uersus occasum, quo ad mediterraneum mare, Aegyptiū Arabia contermini sunt. Ad Aegyptium uero sinus ingrediens ex Oceano, manifestò indicat, ratione concursus, cum Oceano nauigari posse ex Babylone in eum sinum, qui ad Aegyptum pericedit. Sed tamen nemo per ea loca nauigavit, proprie caloris intemperaniam, ex solitudines interiectas. Nam hi qui de exercitu Cambysæ seruati sunt, ex Aegypto susas profecti: ex uero qui à Ptolemeo Lagi ad Selenum Nicanorem Babylonem missi sunt, per Arabia fines promotorio quodam transmisso, octo dies terram desertam ex aquarum inopem peragraverunt. Camelis quoque in sessis, aquas importantes, noctu solum proficisciebantur. neque enim interdum solis ardores perferre potuissent. Tantum itaque abest ut ulteriora huius regionis (quod Isthmum appellamus) è sinu Arabico in Rubrum mare uergentia, cultori-

D. 2 bus

bus frequentata sint. Ceterum quidam Arabico sinu, qui ad Aegyptum spectat, aliquando prosecti, ut Arabiam illam plurimum circumueherentur, mareq; quod ad susas Persas perinet inuiscent, cum multum Arabice ora emēsi essent, postquam aqua nauibus imposita decesserūt cœpit, retro conuersi sunt. Ex Babylone autem quos misit Alexander, ut à Rubri maris dexera nauigantes ea loca explorarent, insulas quidem aliquot humiles se uidisse, & aliquibus in locis Arabiae oras attigisse retulerunt: id uero promontorium ingens, quod Carnaniae oppositum sc̄e uidisse Nearchus scribit, non est qui potuerit ex alterutra parte nauigando superare. Ego uero non dubitauerim, si esset nauigabile, Alexadrum utiq; id per suos experturum fuisse. Tantæ illi cupiditas agnoscendarum rerum occultariorum fuit. Et Hanno quidem Carthaginensis, ultra Herculis columnas in Oceanum nauibus proiectus est, Africam ab Iava relinquens, nauigansq; processit, quandiu sibi uersus orientem solem cursus fuit, quem cursum quinque & xx. diebus omnino confecit. Postquam uero ad meridiem conuersus est, in multis difficultates incidit, aquarum inopiam, calores immenses, & ueluti rios quosdam ignian in mare ruentium. Sed tamen Cyrena, quamquam in Libya solitudinibus edificata, & fertiles tamen & aquosa.

O aquosa sunt, sylvas & prata habent. omnis generis fructuum atque animalium domesticorum frax ea regio est, silphiumq; gignit. ulteriora inculta atque arenosa sunt. Et hæc quidem de rebus Indicis seorsum à me conscripta, in ipsum Alexandrum Philippi referantur.

A R R I A N I N I C O M E
densis de rebus gestis Alexandri regis Macedonum

F I N E S.

D 3



+V



